 tionis significationem habet. Myxus autem sacerdos qui p̄sbi-
 tū fuit Diane, gloriosus et magniloquus.

Lenticulam angulo tenes. LII

Φακῶν γωνίας κρατῆς, id est, Lentem angulo tenes. De
 negotio, quod fieri nullo pacto queat, propterea quod hoc
 leguminis genus angulis caret. Refertur a Suida.

Patrocli occasio. LIII

Πατρόκλειος πρόσκαιρος, id est, Patrocli occasio. Dioge-
 nianus ostendit dici solere de ijs, qui cum ob metum nō ausint
 proprias deplorare calamitates, desunt eas sub pretextu lū-
 ctus alieni. Plutarchus in commentario, cui titulus, quomodo
 quis se citra inuidiam laudare possit, uel μὴ δοκῶμεν
 πείθειν ἄλλομ πρόφασιμ, σφῶς δ' αὐτοῦς δ' ἑκαίνομ ἔπει-
 νῆμ, id est, Et ne uideamur Patroclum occasionem, sed nos
 ipsos per illos laudare. Agit enim de ijs, qui laudandis alijs,
 suas ipsorum laudes insinuant. Opinor sumptum a Patrocli
 moribus, in quem aliquoties iocatur Aristophanes.

Exiguum oboli precium. LIIII

Μικρὸν τῷ ὀβολῷ τίμημα, id est, Exigui oboli precium.
 Suidas citat ex Marce Eupolidis, conuenire in homines ne-
 quam, nihilq;. Quamquā nihil obstat, quo minus ad rem cō-
 temptam transferatur. Meminit et Eudemus.

Pedum uisa est uia. LV

Τῶμ ποδῶμ ἑώρατ' ὁδός, id est, Pedum uisa est uia.
 De negotio, cuius aliquando periculum feceris. Sumptum a
 uiatoribus. Terentius in Phormione: Ab non uia. Factum est
 periculum, iam pedum uisa est uia.

Phenicum pacta. LVI

Φοινικῶμ συνθήκην, id est, Phenicum pacta. Phae-
 nices qui Carthagine potiti sunt, cum primum ad eam appu-
 lissent regionem, postularunt ab ijs, qui id temporis Libyam
 incolebant, ut sibi liceret diem et noctem hospitio terrae uti.
 Quod cū impetrassent, iamq; exaño concessi temporis spa-

cio, inberentur excedere sinibus, reuerant, affirmantes se pa-
 ctos ut sibi sis esset illic noctesq; ac dies commorari, uidelicet
 ambiguitatem uocum ad suam commodum detorquentes. Vn-
 de prouerbum esse natum aiunt, de pactis infidiosis et astu-
 tis. Autores Suidas, ac Diogenianus. Quin in totum omnes
 Phoenices didi sunt, qui questus essent auidi. Vnde Pindarus
 in Pythijs hymno secundo, φοίνισσαμ ἔμπολαμ, id est,
 Phoenician negotiationem dixit. Et interpres citat ex comi-
 co quopiam, εὐθὺς φοῖνιζ' ἡφωμεθα, id est, Protinus Phae-
 nicis fio. Item ex Sophocle,
 ἔλνω ἔρωσ' ἡλ' πρῶτισμ ὡς φοῖνιζ' ἀνῆς, id est,
 Phenicis uti uir, onere ceptum ac uendere.

Puffilus, quantus Molon. LVII

Μικροῦς ἡλίκομ μολομ, id est, Puffilus ut Molon. De
 uehementer breui statura corporis hominucombus. Suidas
 ostendit duos fuisse Molones, nota sicuti conijcio, corporis
 breuitate, quorum alter histrio furis, alter fias, honesti scie-
 licet questus uterq;.

Perantiquum diem. LVIII

Διὰ παλαιῶς ἡμέρας, De re admodum obsoleta, p̄fcaq;.
 Refertur a Diogeniano. Finitimū illi, quod hodie non in sci-
 te iactatur in scholis philosophorū: Magno Platonis anno.

Perierunt bona. LIX

Ἐξῆλ τὰ καλά, id est, Perierunt honesta. Hippocrates
 Mindaro Lacedaemoniorum duci fuit ab epistolis, eo interfe-
 cto ab Atheniensibus, Hippocrates in Lacedaemone huius
 modi scripsit epistolam, ἔξῆτα τὰ καλά, μίθ' ἄς δ'
 ἄσπασοντ, significans interfecto duce rem esse deploratam.
 Adagium recenset Diogenianus; historiam recenset Xeno-
 phon ἡρώδης μύθοις, libro primo.

Qui nimium properat, serius absoluit. LX

Plato in dialogo, cui titulus, de regno. πεποίκης ἢ ἡμῶς
 ἡλ' ἰὼν παρῶμ εἰ διὰ τῶν ἡρώδης μίθ' ἄς δ' ἄσπασοντ, ποῖομ
 οὐχ' ἡσυχίας εἰ διακεκοῦνται, ἡνυκεναι βροχ' ἄντρομ,
 id est, Fecit enim ut nunc quoq; nobis acciderit, quod prouer-
 bio dicitur. Quodam tū dum parum recte per ocium dū-
 dūnus, serius profecerimus. Idem in septimo de Repub. libro,
 alludit ad prouerbum, σπεῖν ὡρῶ ἔστω, τοχῶ πᾶντα
 εἰσέλθῃμ, μᾶλλον βροχ' ὡω, id est, Dum festino, inquit,
 omnia celeriter percurrere, tardior sum. Monet adagiū in sti-
 tuende rei non tam celeritatem quam curam adhibendā esse,
 ne postea sit in mora, quod in operis ingressu fuerit erratū.
 Obnoxij sunt huic prouerbio quidam, qui compendij causa,
 Graecanica literatura praeterita, protinus ad philosophiae
 studium insilunt, ac dum stulte captant compendium, in ma-
 ximum incidunt dispendium. Fit enim, ut hi dum repente phi-
 losophi student euadere, nunquā philosophiae scientiam affe-
 quantur, cumq; se iam ad metam peruenisse credunt, denuo
 sit ad carceres redeundum, denuoq; a linea, quemadmodum
 Graeci dicunt, exordicndum. Item in re bellica plus efficit Fa-
 by cunctatio, quam M. Minutij praecipis temeritas. Siquidem
 is uisus Hannibalem multis iam p̄slijs inuictum, non uiri-
 bus, sed lentitudine superauit. De quo praecclare Ennius apud
 M. Tullium in Catone maiore:
 Vnus homo nobis cunctando restituit rem.
 Non ponbat enim uirum ante salutem.

Ultra catalogum. LXI

Ἰπὲς τῶν κερτάλογομ ἦ, id est, Ultra catalogum iū-
 nit. De eo dicebatur, qui multum etatis inuener, ut iam praec-
 scriptum illum annorum numerū praeterire uideretur. Est,
 ni fallor,

ni fallor, apud Luciano, Refertur à Suida,

Ultra peram sapere.

LXII

Ἰπὶς πλὴν πῶρον φρονεῖ, id est, Ultra peram esse sollicitum. Prouerbiali figura dictum apud Luciano in T imone, ὀλιγαρχεῖ γὰρ ἢ μεταρῖον καὶ εἶναε τὸν φιλοσοφοῦντα, καὶ μὴ ἄλλ' ἢ τῆς πλὴν πῶρον φρονεῖ, id est, Oportet enim philosophum paucis contentum ac frugalem esse, neq; quicquam ultra peram querere. Quod abii uel in philosophum, uel in pauperem, sed præcipue in Christianum, quem Iesus uetati cogitare de crastino. Confine illi: Vita doliaris.

Virgo primum.

LXIII

ἡδὲν ὅ τ' ἄρ' ἴδωρα, id est, Virgo primum. De ijs dici solitum, qui rem paternam profundarent. Naud scio an inde ductum, quod uirgines adhuc rudes, et meretricij questus ignarus, facile sui copiam faciunt. Postea quo plus auferant prænemij, difficiles sese prebent. Item adulescentes nuper nati facultates, priusquam intelligant quid sit pecunia, largius effundunt. Et prima uite pars, quæ quidem est optima, stultissime nobis conteritur.

Vir uidebatur nauis sup-

plicans scopulo.

LXIII

Ἄνε τοῖκε νοσεῖ κερταρ πέρταρ, id est, Vir uisus esse est, nauis obsecrans petram. De stupidis et stolidis, quibus aliud pro alio uidetur dictum, indicat Suidas, duæta metaphorâ à nauē, quæ impingit in scopulum.

Viru esuriēti, necesse furari.

LXV

Πενὼν ἢ κλέψῃ ἐξ ἐλευγκαιὸς ἔχορ, id est, Famelicus uir esse furax cogitur, Suidas prouerbij nomine refert, quod cõgruat in eos, qui extrema adacti necessitate, quid faciunt. Veluti si qui confiteatur se mentium, dicat, quid facerem, aut quid mentendum erat, aut in summâ ueniendū in famam, πένων ἢ κλέψῃ. Aut si quis audis gloria, aliena pro suis edat, cū ipse de suo nihil possit coregium edere.

Vixit, dum uixit, bene.

LXVI

Vixit, dum uixit, bene. Est in Ecyra T crentiana. Prouerbiale fuisse, uel senex indicat, rogans num præter unam sententiam nihil attulisset. Conuenit in eos, qui molliter ac suauiter uiuunt, atque ita faciunt sumptus, ut non multum in uent hæredem. Est autē amphibologia in uerbo uiuere, quod interdum simpliciter uiuere est, interdum generaliter uitam agere. Ut apud Catullum:

Viuamus mea Lesbia atq; amemus.

Fumantem nasum urfi

ne tentaueris.

LXVII

Prouerbij speciem habet et illud apud Martidem: Rabido nec perditus ore Fumantem nasum uiu tentaueris urfi. Sit placidus licet, et lambat digitosq; manusq;, Si dolor et bilis, si iusta coegerit ira Vrius erit, uacua dentes in pelle fuites. Admonet non esse tentandos, qui possint nocere. Cõsimili modo Symesius in Encomio Caluini scripsit: Canē naribus preñdere, pro eo quod est, prouocare mordacem et nociturum; Hac parte corporis ista potissimum irfos irritari docent bestiarj.

Muris in morem.

LXVIII

Plautus in Captiua duo: Quasi mures semper edimus alienum cibum. In parasitos dictum, quibus incindum est aliena uiuere quadrâ. Non conueniunt, nec in una sede morantur, li-

bertas et cibus alienus, id quod eleganter indicat apologus Aefopicus de iure syluestri et domestico.

E tribus malis unum.

LXIX

Τὸν τῆσιν καὶ ἐπ', id est, Trium malorum unum. Suidas prouerbium indicat apud Menandrum extitisse. Sumptu autem à T heramene, qui cuidam è tribus malis unum indicauerit, è quibus qd' uellet eligeret. Vnde et Aristophanes apud eundem Suidam in Triphalete. ἔγω γὰρ ἄρ' ἔκκαμλις εἶ δὲ δὸικα τὲ τῆς τοῦτα, id est, Ego enim à T heramene me tua iura hæc. Quæ sint autem ea tria, quere in prouerbio, τὲ ἔκα τῆσιν καὶ ἐπ' sic bæatorp. Indisrupti Alexander in Aepolis, Aristides ait oraculum solere tradi obfignatum, quod si solueret prius quam fas esset, unum è tribus malis illum mænebat, aut oculorum orbatio, aut manus, aut lingue iduria. Sunt qui dicant ijs qui sententia capitali damnati fuissent, tria solere de ferri, gladium, Laqueum, et Aconitum.

Quam facile uulpes

pyrum comest.

LXX

Plautus in Mysteriaria: Tam facile uinceas, quam uulpes pyrum comest. Vere factu procliu. Quod nihil negotij sit uulpi dentatissime, pyrum edere.

Contrahere supercilium,

inflare buccas.

LXXI

Ὀφθαλμοὺ ἀνεκκῶντες καὶ γὰρ γυδῶσε φουδῶτες, id est, Adductis supercilijs, et inflatis buccis. In fastuosos ac turpidos dictum Suidas admonet. Siquidē in supercilijs, sicut aliis ostendimus, arrogantia sedes, Horatius inflatas buccas ad iracundiæ retilit argumentum.

Quin Iuppiter ambas

Iratus buccas inflat.

Diuus Augustinus in libris confessionum: Buccis typho crepantibus. Quo loco nonnulli per per an typo legunt. Mirum est autem Augustinum uoce Græcica tantopere delectatū, ut cum fastum dicere posset, typhū dicere maluerit, nisi quod e iam usu Latino donata uidebatur. Traductum à raris, que per iram inflantur. Notus est apologus Aefopicus de rana per arrogantiam disrupta. Horatius: Crescentem tumidis infla sermonibus uitrem.

Sus saltauit.

LXXII

Ἦξ ἐκὼμασπ, id est, Sus saltauit, aut festum egit. Diogenianus ostendit dici solitum de ijs, qui præter decorum quippiam facerent, quæ rerum successu præter meritum obiectos ferner insolentius efferunt. Est enim Græcis κωμῶμα, ius uenum amantium more, cantilenis, saltationibus, ceterisq; iuuenilibus nugis lasciuire. Ceterum qui rusticiore sunt ingenio, mirum quam hæc dedecent.

Dat ueniam coruis, uexat

centura columbas.

LXXIII

Non tam onum ouo simile, quam illud prouerbij speciem præ se fert, quod est apud Iuuenalem:

Dat ueniam coruis, uexat centura columbas.

Pena legum exercetur in humiles quosdam, et à quibus ob ingenij mansuetudinem aliquid emolumenti potest auferri. Rapacibus ignoscitur. Sumptum est ab aphorismate Anarcharidis, qui hoc dicto elisit Iudium Solonis in conscribendis legibus, quem admodum refert Plutarchus in uita Solonis: ὅς τὸν νόμον τοῖς ἀρχαίοις ὁμοίως ἐπέσκηπ, καὶ γὰρ ἐκείνους ἐὰρ μοι ἐμπροσθί τι κέρφορ ὁ ἀδελφῆς, σέ γὰρ ἐὰρ δὲ μέγρορ, δ' ἀκόλουθ' οἴχετ, id est, Leges ante nearū telis ad similes dicebat, propterea quod in illas si quid leuis, aut imbecillum incurrerit, heret: sin manus aliquid, dissecat.

dissecat de fugit. Ad eandem pertinet sententiam, quod in Phormione ait Terentius:

Qui non rete accipiri tenditur, neq; miluo, Qui male faciunt nobis, illis qui nihil faciunt tenditur. Qui enim in illis fructus est, in illis opera luditur.

Sutorium atramentum. LXXVIII

M. Tullius libro epistoliarum nono ad Pætium: Lam pater eius accusatus est à M. Antonio, sutorio atramento absoluteus putatur. Subesse videtur proverbum. Senti opinor, hominem absolute fuisse, iudicij corruptela nõ citra infamiam. Est enim huiusmodi sutorium atramentum, ut neq; magno pre atram imprimat notam, neq; nullam tamen illinat maculam. Infamiam enim atramenti symbolo, poetae significant, ut Horatius:

Hic nigrae succus loliginis, hæc est Erugo mera.

Is quidem succus quidam est, quem plerisque mollium piscium maxime Sepijs inesse scripsit Aristoteles libro de partibus animalium quarto, eum tunicæ contineri membrænea, emitti vero fistula quadam, quem effundunt in metum, et aquam infuscant, ne queant deprehendi. Rursus Horatius:

Sed ueluti tractata notam labentis, remittunt Atramenta, ferè scriptores carmine sœdo Splendida facta linunt.

Surda testimonia. LXXV

Κορραὶ μὲν τυφλά, id est, Surda testimonia, dicuntur, quæ feruntur per tabulas, propterea quod hæc rogatæ nihil respõdeant. Nt non discrepet ab illo: Muti magistri. Vnde sordis agere testimonijs proverbio dicitur, quæ uel procul absentes, uel uita de sanctis modo citant, ne queant deprehendi.

Perdere nauulum. LXXVI

Iuuenalis in Satyra, cui initium: Stemmata quid faciunt. Proconem Cherippe tuis circumspice pennis, Cum Pansa cripat, quicquid tibi Nasta reliquit, Lamq; tace, furor est post omnia perdere nauulum. Domitius Calderinus, ut inter recentiores haudquam minus autor, admonet proverbium esse in eum, qui cum multa amiserit, reliquum etiam uelit perdere. Sumptam autem metaphoram à mercatoribus, qui cum nauigant, si minus, quantum cupiunt, lucrari possunt, student ut saltem recuperent ex mercibus diuenditis, quantum pro uectura nauis soluerunt. Aristippus interrogatus à quodam, num esset ubiq; videns, οὐκ οὐδ', ἐπεὶ, ἄρα τὸ ὄμμα μὲν ναυλοῦν, εἶργε πανταχῶς εἶμι, id est, Nauulum igitur non perdo, inquit, si quidem ubique sum. Refertur à Plutarcho in commentario, cui titulus, ὅτι Διοσκρίδης ἠ ἀγορεύει.

Siculiffare. LXXXVII

Σικελίσημ, id est, Siculiffare, Eudemus indicat antiquitus usurpatum, pro eo quod est, asterium esse, tetricumq;. Et eum quidem in modum Epicurum usum esse. Ceterum alijs placere magis referendum, ad improbos et uafros. Non dubium quin ab eius gentis moribus sit sumptum. At Athenæus diuosophistarum libro primo indicat adagium natum ab Androne Siculo, qui morem inuexerit ad tibian saltandi, gestuliclandiq;.

Sedens columba. LXXXVIII

Ἡμελίη πελάγος, id est, Sedens columba. Suidas proverbij titulo commemorat, indicatq; dici solitum, de supra modum mansuetis ac simplicibus. Nam columbe cum uolant, fillunt cæteras pernicitate uolatus, Cum sedent, nihil mitius

aut simplicius. Neq; quæcum habent, quo se tucantur aduersus miluios et accipitres, præter alarum uolocitatem. Mihi uidetur dici posse, et in eos, qui simplicitatem simulant, quo magis imponant, propterea quod mos sit aucupibus, excolatam columbam in reti ponere, quæ subsilians, cæteras columbas allicit. Ea Greci dicitur παλιούριον, à uerbo παλεῖν, quod est seducere, sive in laqueum illicere. Vide lector num legendum sit ἡμελίη, id est, ilaqueata, id enim patitur, quo fillat alas.

Simia barbata seu caudata. LXXXIX

Πιθήκη πρὸς ἄλλο ἔχωρ, id est, Simia barbata portans. Aristophanes, ἐν ἀρχαῖς κωμῶν. ὅτι πιδίκη τὸν παρῶν ἔχωρ. Interpres admonuit, allusum esse ad illud Archilochium, τὸ ἴδιον δὲ πιδίκη τὴν παλιούριον, id est, Talem ὅ simia caudam habens. Dicit solitum de ridiculis. Idem Aristophanes alio quodam loco quosdam ἀμωποπιθήκας ἀρpellat, quasi populi simias.

Sibi canere. LXXX

Ἐοῦ ἄλλο ἰάλλειν, id est, Sibi psitt canere. Dicitur qui non ad alienum arbitrium facit quæpiam, sed animo obsequens suo. In Platonis conuiuio iubent tibicinan sibi psitt canere. Et cantor quispiam, Antigenidas opinor, iubet discipulũ, quod populo non admodum gratus esset, sibi canere et musis. M. Tullius in Bruto. Id enim est summi oratoris summum oratorem populo uideri. Quare tibicinan Antigenidas dixerit discipulo sanè fringenti ad populum: Mihi cane et musis, ego huic Brute dicenti ut solet apud multitudinem, mihi cane et populo dixerim. Diuus Hieronymus ad Iulianum refert, huius ni fallor, discipulum. Atque is non iussus est sibi canere, sed præceptor qui oportet indicare.

Siliconina pellis non fatis

est, uulpina addenda. LXXXI

Ἄρ ἡ λεοντὴ μὴ θύμικη, τὴν ἄλωσεν ἐκ τῆς πρὸς Ἰσθμῶν, id est, Siliconis exanim non sufficit, addè uulpinum. Cum uiribus res obtineri non potest, dolus adhibendus. Adagium natum est ex apothegmate Lysandri. Nam is, quem admodum in eius uita memorat Plutarchus, irradiere solitus est, qui uelut ab Hercule prognati, bellum apertis uiribus, citraq; dolum gerendum esse censabant, cum ipse magis existimaret boni ducis officium esse, quod leonina pellis non attingeret, cõ contendendam assuta uulpina. Quod quidem prope modum indicat et Maro, cum ait:

Dolus an uirtus, quis in hoste requireret?

Adagium refertur à Zenodoto.

Siculus miles. LXXXII

Σικελὸς στρατιώτης, id est, siculus miles. In peregrinum ac mercenarium militem proverbiali ioco dicebatur, propterea quod Siculi temporibus Hieronis exotico milite plerumque uerterent, autore Zenodoto. Conuenit in hominem lucri gratia, nullam militarij genus recusantem. Affine est illi, quod de Care dicitur est alibi.

Pro bonis glomi. LXXXIII

Ἀγὲ ἀγαθῶν ἄγεται ἄγε, id est, Pro bonis glomi. Dicit cõsuevit, ubi quis beneficium, quod in alium contulisset, cumulate cumq; fanore reciperet. Agathides enim Grecis glomi dicuntur, uerum allusionis decus in uoce Græca est, quod in sermone Latino reddi non potest. Memini Suidas.

Sine pennis uolare haud facile est, LXXXIIII

Manet etiam hodiernis temporibus uulgo celebre, quod est in Pœnulo Plautina: Sine pennis uolare haud facile est.

Idem in Asinaria: Desi autem te ego? Age sis, sine pennis nota. Locum habet, cum deesse significamus adiuuicula, sine quibus negotium peragi non possit. R. reperitur apud idoneos auctores: Accidere alas, pro eo quod est, adimere materiam, facultatemq; conandi quippiam. Et: Addere alas. Horatius simili forma dixit decidere pennas:

Vnde simul primum me dimisere Philippi,
Decisis humilem pennis.

Et Cicero ad Atticum libro quarto: Qui mihi pennas incidereant, nolunt easdem renasci. Idem in Academicis dixit: Incidere nervos, pro adimere vires.

Siphniassare.

LXXXV

Σιφνιάζειν, id est, Siphniassare. Suidas indicat prouerbio dici solere, pro eo quod est manum adiuuere postico: summum esse à moribus Siphniorum, qui libidinis causa id factit ad e consueuerint. Est autem Siphnus insula quepiam, haud prociat à Creta, cui quondam nomen fuerit Merope, uel hoc nobilis elogio, una è Cycladibus. Refert eam et Plinius libro quarto, cap. 12. Prouerbiū indicat et Stephanus.

Iuxta melan.

LXXXVI

Κατὰ μέλαν, id est, iuxta melan. Suidas offēdit prouerbio dici solere, ubi quis incerta cōiecturis persequeretur. Sumpta metaphora à medicis huius interuam immisso per fauces instrumento quopiā explorantibus. Idem enim instrumentum μέλαν uocant, et μολώσας, ad hunc modum tentare.

Non idem sunt scriptura & Leuceus.

LXXXVII

Γραφά πε καὶ λευκοῖ. Οὐ οἱ ταυτὸν, id est, Scriptura et Leuceus non sunt idem, aut non cōueniunt. Vbi quis aliud scribit, aliud facit, aut dicit. Recte iacietur in eos, qui stare patēti nolunt. Nam hæc plerumq; syngraphis constant. Aut in eos, quorum uita non congruit cū libris editis. Versus Grecus conscribit si addas λευγα. Conijcere licet Leuceū fuisse male fidei scribam.

Bellicum canere. Receptui canere.

LXXXVIII

Alias admonimus, ferre prouerbiales esse metaphoras, que somniant à bello, ueluti bellicum canere, pro eo quod est, animare atque exhortari. Receptui canere, pro finire. Signa canent apud Martiadem, id est, iam congregi amant: et apud Plautum, collatis signis depugnare: apud eundem uersis gladijs depugnare. Quin hoc ipsum collatis signis, haud dubie prouerbij speciem habet, cum significamus seriam et exactā de re disceptationem, ut M. Tullius in epistolis ad Atticum, ut cum Maphragone signis collatis. Apud Iuuenalem: Hæc tibi rixæ, id est, hoc belli initium.

Pithon formosus.

LXXXIX

Πῖθων καλός, id est, Pithon formosus. Conueniet ubi quis per adulationem falso laudatur. Pindarus in Pythijs hymno secundo, καλός τοι τῶνων ἦν αὖ ποσσιν ἄσι καλός, id est, Formosus Pithon semper apud pueros formosus. Interpres ostendit sumptū à pueris adulantibus simie, subinde dicitantibus, καλός τῶνων. Videtur autem pithon esse diminutiuum huius dictionis τῶνων, quasi dicit simio-lus. T excat Pindarus oblique quendam, uel quod ab indoctis laudatus tolleret cristas, uel quod ipse adularetur Hieroni, laudatis non laudanda. Est autem ὠλαστική peculiaris huic animanti, adeo ut laudes sentiant, et speculis delectent, et suos catulos contraerari gaudeant, ipsiq; suos catulos complexu encent.

Semel rubidus, ac decies pallidus.

XC

Ἄπασι πρῶτος. Διὰ τὸ αὐτὸν χροῖός, id est, Semel rubidus, et decies pallidus. Suidas admonet dictum de ips, qui multum accipiunt, quos necesse est crebro tum rubescere pudore, tum metu pallescere. Rubescere dum petunt matui, pallescere dum soluendo non sunt, et metuant, ne trahantur in ius, aut in uerum.

Semper seni iuuenulam subijce.

XCI

Ἄει γέγονε νέαν ἐν τῶν ἄνδρῶν ποσίν. id est, Semper puellam uirginem subijce seni.

Senarius prouerbialis, admonens ut prouocitoris etatis uiri, puellam ducant magis quam animum, ne si frigus accesserit frigori, languente Venere, querens existant nuptie. Quanquam non inepte trahetor ad alios item uisus, quotic significabilis uita rerum coniunctionem temperandam, ut quod alibi diuinitū sit, aliunde suppletur, uidelicet ut seni conuictor addatur iuuenis, quo senilis etas tristitiam, huius hilaritas non deretur: rursus iuuentutis exultantiam, senilis securitas temperet. Item, ut loquaculus adiuuator, plus satis taciturno, audaculus timido, pauper diuiti. Prouerbij meminit Diogenes.

Semper superioris anni meliora.

XCII

Ἄει τὰ πρῶτος βελτίω, id est, Semper superioris annis res meliores. Cum presentia displicent, et antefuerint antea. Diogenianus admonet id acclamatum ab Atheniensibus in rebus Macedonicis. Huc pertinet illud Horatianum: Laudator temporis acti Se puero.

Sacra nihil sunt.

XCIII

Τὰ δὲ ματαῖα οὐδ' ἐν δέσπῃ, πλὴν ἧρσας. id est, Sacra nihil sunt præter malas et cornua, de iactantibus macilentis. Trahetor non inconcinenter ad cibum nimie esulentum. Refertor à Suida.

Scytharum solitudo.

XCIII

Σκυθῶν ἐρημία, id est, Scytharum solitudo, pro summis calamitatibus, exitioque dictum est, apud Aristophanem ἐν ὄρχηστῶν:

Ἐβόλεω σὺμπαλενήτω τῆ σκυθῶν ἐρημία. id est, Impeditum deperire Scythice solitudinē.

Quo loco commentator indicat prouerbiū dici solitum de ingenti solitudine: ductū autem inde, quod Scythie nullis certis sedibus utantur, sed uagi ferantur in plaustis. Eamq; ob causam, regio seris abundat. Meminit adagij et Qu. Curtius libro rerum ab Alexandro gestarum septimo, apud quem Scytharum legatus ad hunc loquitur modum: Scytharum solitudines Græcis etiā prouerbijs audio eludi. Nos deserta et humano cultu uacua magis quam uerbes et opulentos agros sequimur. Vñ pro et Plutarchus in libro de Stoicis contrarietatibus, quem admodum ante retulimus in prouerbio: In caput præcipitari.

Scindere glaciem.

XCIV

Scindere glaciem, est aperire uiam, et in incipiendo negotio priorem esse. Translatum à nauis, quorum uisus aliquis præmittitur, qui flumine concreto, glaciem per erumpat, reliquisq; uiam aperiat.

Viuus fueris, uel cepe solum accipiens.

XCVI

Ζωὸς ἧλῶσα, κρομμύς μόνον λαβῶν. id est, Si cepe tantum sumpseris, iam uixeris. Zenodotus ostendit in eos dici solitum, qui è re quapiam pessilla, magnam opinionem consequuntur. Naturam apparet ab egypto, qui medico porrigente cepe, renaluerit, herbā alioqui ple

Ἐπειὸς δὲ ἀφ' ἑσῶν δάδωχ' ἡμέτερον δὲ δ' οὐ,
 Ἐπειὸς δὲ ἀφ' ἑσῶν, id est, Arum colo his sex dierum iter solo Beryntio.
 Plinius libro decimo octavo latifundia uocat, à quibus ait Italia pernicem inuestam fuisse, prouinde ueteres ita consuisse: Sa tius esse minus ferere, et melius arare.

Cadimus, inque uicem præbemus crura sagittis. VI

Perfusus Satyra quarta:
 Cadimus, inq; uicem præbentus crura sagittis,
 Vicissim carpinus et carpinur, ridemur et ridemus, mor demur et mordemur, ledimus et ledimur. Sumptum à militiis. Ad eundem modum Horatius:
 Cadimus, et totidem plagis consumimus hostem.
 Plutarchus in commentario de profectu cognoſcendo, simile adfert metaphorã, de sphaera ultra citroq; missa ac remissa, καὶ ἄπειρα / μετὰ τοῦ εὐλόγου ἑσῶρον / μάντα, ἢ σφοδρὰς ἐπὶ τῶν ἡρώων πρὸς ἀλλήλους, quemadmodum alio retulimus loco.

Ptolemaica lis. VII

Πτολεμαίῃς ἢ Δίκῃ, id est, Ptolemaica lis. Diogenianus indicat dici solitum in litium audios. Anus quæpiam fuit Ptolemaicis, quæ quoad iuxta, lites agitabat, nec unquam à causis agendis erat seciata.

Prouoluitur ad miluius. VIII

Προϋλιυδὲς τῆς κτῆνος, id est, Adorat miluium. Initio ueris prodeunt miluij, quæ re lecti tenes, quo à ian hyme sint leuati, prouoluantur, eosq; ueluti adorant. Accommodari potest in eos, qui noua spe gesunt. Suidas prouerbij loco commemorat. Item Iuuenalis;
 Durate, atq; expectate cicadas.

Prienenis iusticia. IX

Πριηνῶν Δίκῃ, id est, Prienenis iusticia. Suidas ostendit conuenire cū significamus aliquem in iudicando plurimū excellere. A Biante Prienensi sumptū, cuius integritas in iudicandis causis in prouerbiū abiit, ut dicitur, Δικαστὴς βίαντος τοῦ πριηνώου κρείσσων, id est, In iudicandō præstātor Biante Prienensi. Citatur ex Hippocrate in lambogapho, à Strabone lib. geographias. 14. et in uia Biatis à Diogene Laërtio.

Primum Mars in filijs laudatus est. X

Τὰ πρῶτα ἄνευ εἰς τοὺς παῖδας ἐσημνῆτο, id est, Initio Mars laudabatur ob filios. De ijs, qui initio spechmen aliquod indolis egregie præ se ferunt, deinde paulatim in alios degenerant mores. Quemadmodum euenit Romanis olim strenuis, et Martem generis autorem uirtute referentibus, post in degenerem prolapsis mollicium, ut non sine causa Iuuenalis exclamaret. Sed inde
 Hæc tetigit Gradine tuos uirtica nepotes
 Prouerbiū refertur à Suida.

Phrynichi lucta. XI

Τὸ φρυγικὸν πόλευμα, id est, Phrynichi luctatio. Diogenianus indicat dictū arietum de ijs, qui astu dolosq; negotium peragunt. Fuit is Phrynichus Lacedæmoniorum proditor, quem uetus Comædia carbone notauit.

Pro malo cane suem repofcis. XII

Ἀντὶ καυῆς καυὸς οὐδ' ἀποταῖρε, id est, Pro malo cane suem repofcis, id est, pro re uili preciosam. Suis enim esculentis, canis haudquaquam nescus est. Refertur à Diogeniano.

Prudens in flammam mittere manum. XIII

Diuus Hieronymus quodam in loco prouerbiū usurpat

huiusmodi: Prudens in flammam manū immitto, pro eo quod est, sciens expono me discrimini, malisq; obijcio. Sumptū uideri potest ab historia Mutij Sculæ. Exat et apud Cicero.

Proba est materia, si probum adhibeas artificem. XIII

A Plato dictū in Pœnulo, non sine prouerbij specie: Proba est materia, si probum adhibeas fabricam. Egregia quidem indoles, si recte instituitur. Felix ingenium, si præceptor conlingat idoneus. Aut magnificam negotiorum, si modo cite tractetur. Metaphora notior est, quam ut sit indicanda.

Illo respiciens, sed hic remitte bona. XV

Aeschylus in Ranis Aristoph. cupiens redire ad superiores: Εἴς τ' ἀφ' ἑσῶν ἢ ἐμ, εὐδωδ' ἢ δὲ οὐδ' ἔρομαι, id est, Dicturus illic, nam hic quidem haud uolo eloqui, Cui Bacchus ad hunc modum respondet, Μὴ δ' ἴτα σὺ γ' ἀλλ' εὐδωδ' ἀνίε τ' ἀπαθῶ. id est, Minime profecto, quin mage hic profer bona. Interpres admonet aliusum ad parcendum, Εἴς ἑλῆσθαι δὲ ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν, id est, Illuc tuens, at hic remitte commodā.

Conueniet cum alud præ nobis ferimus, aliud facimus: aut et alijs ad blandimur in alios re beneficium conferimus. Quidā à Charitibus mutuo sumptum existimant, quorum una à tergo respicit, et alteri munus offert, arridens alteri.

Ranæ aquam. XVI

Βοτρυχῶν ἰδιώτης, id est, Ranæ aquam, subaudiendum ministras. Vbi quid exhibetur, quo uel præcipue gaudet is qui accipit. Vbi ut si quæ natura bibacem ad bibendi certamen prouoces, aut homini loquaculo narrandi materiam et occasionem subministras. Diuersum ab illo, βοτρυχῶν οἰκοδόμος. Recte accommodabitur, ubi quid datur abundantia. Nam rane affatim est aquæ. Theocritus in Ergatinis: Εὐκτεὸς δὲ τῶν βοτρυχῶν πῶδες βίβω, οὐ μελετάειν τὸν δὲ σίτην ἐκχεῖντα, πότερ εἰ τῶν ἄσπερον οὐ τῶν. id est, O pueri rane uita est optabilis, ut quæ Non metuat, potans effundere, copia namq; Larga subest illi. Pastor taxat parsimoniam Ergodotes, quod sudantibus maligne præberet potum, quam rane in ocio iuuentibus liceat bibere quantumlibet. Sunt et hodie bibones quidam, qui sibi uidentur perire siti, quod nō in istis dolijs habent.

Post bellum auxilium. XVII

Μετὰ τὸν πόλεμον ἢ συμμοχία, id est, Post bellum suppetic. Quoties serius adhibetur remedium. Refertur à Suida. Natio est, aut certe usorpatum à Diogene Cynico. De quo Laërtius huiusmodi fabulam narrat, Adolescens quissiam iactantior nuper uxore ducta, titulu huiusmodi inscripsit ædibus suis: ὁ τὸν Διὸς παῖς καλλιῖνος θεοδόμος εὐδωδὸς κακτονίης, μηδὲν εἰρίτω κακῶν, id est, Iouis filius Callinicus Hercules hic habitat, ne quid intrōeat mali. Diogenes adscripsit, μετὰ τὸν πόλεμον ἢ συμμοχία, id est, Post bellum auxilium, uidelicet indicans, iam tuæ reception in eas malum, cum ipse malum immigrasset. Conuenit cū Platónico illo, quod ad libi commemorauimus, μετὰ δὲ πόλεμον ἰεῖται, id est, Post bellum adese. Quintilianus in declamatione cadaueris pastri, duas habet sententias non abfimi les prouerbio. Quid quod medicina mortuorū serua est: Quid quod nemo aquas infundit in cineres. Sic indicat seruen remedium. Siquidem egero mortuo sero uenit medicus. Et ædibus in cinerem redactis sero infunditur aqua.

Pinguis uenter non gignit sensum tenuem.

XVIII

Diuus Hieronymus in epistola quadam, citat huiusmodi proverbium apud Graecos celebratum: Pinguis uenter non gignit sensum tenuem. Quaequam fatetur id elegantius sonare Graece quam Latine. Graecus autem senarius extat apud Graecos huiusmodi:

Παχὴν γαστήρ ἄσπρον οὐ τικτεῖ νοῦον. id est, Subtile pectus uenter obesus non parit.

Admonet adagium luxu corporis, hebetescere mentis aciem. Quae admodum scribit etiam Horatius: Nam corpus onustum

Hesternis uitij animum quoque praegratant ipsum. Atque affigit humo diuinae particulam aerae.

Plutarchus apud Gellium ostendit pueros multo pastu stupidioris, ac tardioris ingenij eadere.

Pisces natare doces.

XIX

Ἰχθύων νῆχεσθαι διδάσκουσιν, id est, Pisces natare ferinde est ac si dices, doctum doces. Confuse illi, quod alibi retulimus, ἀλαφίνα νῆχεσθαι διδάσκουσιν, id est, Delphinum natare doces. Quod idem ad hunc effertur modum, τῆ ἀλαφίνα κολυμβεῖν συμπεδουμένη, id est, Delphini quemadmodum natare oportet consulis. Auctor Diogenianus.

Pitana sum.

XX

Πιτάνη ἐστίν, id est, Pitana sum. Zenodotus indicat dici solitum de ijs, qui in extremas redacti calamitates, ab iisdem denovo in pristina felicitate restituntur. Sic enim euenisse quondam Pitane Acoliae ciuitati. Nam hanc a Pelasgis in seruitutem redactam, Erythraei in libertate pristina uindicauerunt.

Pistillo retusus.

XXI

Proverbialis est hyperbole, quam in epistolis usus patit diuus Hieronymus: Pistillo retusus, pro eo quod est, minime acutum. Et Chryssippum acutum, apud eundem per ironiam usor patitur in stupidum. Et cornutus syllogismus, pro ratione ridicula, friuolaque.

Partitio non praefocatio.

XXII

Μορῶν οὐ πνίξις, id est, Sortitio, non praefocatio. Olim cum ij qui uerbis praepollent, cibum eriperent imbecillioribus, manus interim in illos iniicientes, excogitatum est, ut sortibus ex aequo, diuideretur epulum, ientique a pauperibus exclamari ceptum, μὴ τις οὐ πνίξις, id est, partitio, non stranguatio. Eaque uox in proverbium abiit. Quo uicibus uti, si quando significabimus, non esse locum uolentiae, sed ex equitate uisus oportere tractari negotium. Plutarchus in collectione, simodo illius sint, citat his uerbis, μὴ τις οὐ πνίξις, id est, Partitio est ne stranguata.

Paries dealbatus.

XXIII

τοῖχος κεκοιμῆσθαι, id est, Paries dealbatus aut inscribitus. Paulus apostolus in actis apostolicis, Ananiam sacerdotem fictum et fucatum, parietem dealbatum appellat, quod longe alius esset intus, quam cultu habitusque externo praeferebat. Christus item in euangelicis literis, sanctimonie simulatores sepulchra dealbata uocat, quae cum foris miteant, intus sunt cadauerum ossibus repleta. Sic enim est apud Mattheum. Οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ φηρῖσάοι, ὅτι ἵππος μαζεύσατε τὰς οἰκίας κεκοιμῆσθαι, οἱ ἄνερες ἔξωθεν μὲν φαύλον τὸ πρόσωπον, ἔσωθεν δὲ γέμισον δόξαμ νεκρῶν καὶ τῶσδε ἐκδοσῶσθε, id est, Vae uobis scribae et Pharisei, qui similes sitis sepulchris dealbatis, quae foris quidem apparent pulchra, intus autem repleta sunt ossibus cadauerum,

omnium spurcicia. Lucianus, Myronis et Praxitelis colossos, ad huiusmodi serme similitudinem trahit in Gallo, quod si uis multo niterent ebore, multo fulgerent auro, uariisque coloribus arderent: praeterea Ionis, aut septuaginta representarent imaginem, solum aut tridentem dextra tenentes, ut plane nomen diquod esse uiderentur, cum intus nihil appareret, praeter picem, clauos, araneas, mures, atque id genus sordes alias, haud quaquam ad exteriorem illam multigenam respondent. Atque huiusmodi principum esse uita affirmat, quorum si strepitum et apparatum inspicias, nihil felicitis, nihil decorum uitae similis: in curas, iusticiones, odia contempleris, quibus intus discernantur, nihil calamitosius. Seneca philosophos, qui cum docerent honesta, sapienter uiuerent, similes esse scripsit quorundam medicorum pyxidulis, quarum tituli remedium pollicerentur, cum intus uenenum occultarent. E diuerso, qui meliores sunt intus, quam oratione, quamque prima illa uita specie, quasiq; fronte praefereant, hos Plato Sileus ad similes facit, de quibus alio diximus loco.

Ollam alere.

XXIIII

ἀντὶ τοῦ τρέφειν, id est: Ollam alere dicebantur, qui mentum ostenderent, quo deterrerent quempiam. Veluti si quis praesidium tibi collatum habeat, quo minus uicini res nouas moliantur. Sumptum id est a more ciuitatis Atheniensis, in qua ollas in tectis disponere consueuerunt, ad deterrendas uuldas, quarum illic maxima uis. Nam ollarum strepitum omnne genus animi reformidat. Adagium refertur, tum a Suida, tum a Diogeniano. Sumptum est ex Aristophanis Comedia, cui titulus: Aues.

Ὅ τι μάλιστα δὲ μάχεσθαι λαμβάνειν περὶ τῶν χυρῶν. Τί δὲ χυρῶν ὀφελείαται;

Γλαυκὸς μὲν οὐ πρῶσσει ἄλλοι. id est: Pugnare sane oportet simul et ollas sumere. Sed quid iuuabit olla? Uldas nos tum non adibit.

Oleum & salem oportet emere.

XXV

τοῦ λατοῦ καὶ τοῦ ἰσῶς δὲ ὄνησθαι, id est: Oleum et salem oportet emere. Refert adagium hoc Aristoteles Rhetoricorum libro secundo, in tractatu de locis et entymematis. Proponit autem huiusmodi exempli antistrephontis. Sacerdos quidam dissiuadebat filio, ne quando uerba faceret apud populum. Nā si iniusta iustas, inquit, deos habebis iratos: si iniusta, homines. Id hoc pacto ἄντιστρεφει, id est: reciprocet filius, imò expedit orationem habere apud populum. Quandoquidem si iusta dixeris, dij me amabunt, si iniusta homines. Atque huiusmodi genus argumentationis, confine putat proverbio quo iubemur, oleum ac salē emere significans opus esse nonnumquam remedijs contrarijs, nunc acrimonia, nunc lenitudine.

Tanquam suber.

XXVI

Ὡς ἐπιλλῶδες, id est, Tanquam suber, de ijs, qui non norunt dissimulare, aut qui nesciunt mergi aduersis fortune procellis. Extat apud Pindarum. Tanquam a natura ligni, quod non solum ipsum non mergitur, uerum etiam alligatum alijs ne siccant, sustinet. Vnde retibus assuitur, et nantibus subditur.

Obtrudere palpum.

XXVII

Obtrudere palpum apud Plautum, est arde, succoq; decipere. Ego, inquit, istuc alij dare condidici, mihi obtrudere non potes palpum. Vnde et palpari pro adulari, et palpones adultores uocamus a simili metaphora. Metaphora ista est ab equis simbus, qui ferocientibus, plausu manus adblanduntur, ut ostendimus alibi.

Ne quis

Ne quis unquam Megarenfibus. xxxviii
 μηδ' ἔποτε μανθεις μεγαρεῶν ῥηοῖο σοφότερος. id est, Nisquam quisquam sapientior sit Megarenfibus. Scenoma proverbiale iaci solitum in lupidios. Dicitum est autē per adulationem de Megarenfibus, autore Diogeniano.

Nulla candidorum utilitatorum utilitas. xxxix
 οὐδὲν λανθάνει τὸν εὐνοτομῆρα, id est, Nullus candidorum uirorum usus, nisi ad cerdonicam. In molles et effeminatos dictum, ac ueluti uoluptatibus natos. Id enim inuit, opinor, per cerdonicā, iuxta illud Martialis: Quid ad te.

De cute quid faciat ille, uel ille sua.
 Caterum ij negocijs gerendis inuitiles. Contra qui nigra sunt cute, et hispidi, hi magis allegendi sunt ad administrandam Rempub. Vnde et Herculem μελαμπυρον appellauerunt, tanquam frennum et a mollicie alienum, quemadmodum alibi demonstratum est.

Nox humida. xxxix

Nix ὑγρῆ, id est, Nox humidā. De malis ingruentibus di ci solitum, autor est Diogenianus. Quemadmodum de laetiore fortuna dicimus exoriri lucē. Apud eundē est, νύξ ἀσπρῆ, id est, Nox sspisa, de nocte hyberna. Que si cui non uidebuntur in adagiorum numerum referenda, is ea rescribat Diogeniano, si libeat.

Quid ad farinas? xxxxi

Τι πρὸς τὸ ἀλῦται; id est, Quid ad farinas; id est, quid attinet ad paradas facultates? Νὰ ἀλῦται pro uictu, proq; re familiaris ponere, poetis est familiare. Aristoph. in nebulis: τί δέ μ' ἀφελήσεσθ' οἱ εὐβόιοι πρὸς τὸ ἀλῦται; id est, Quid me numerū tandem ad farinas inuertint? Id recte detorquebitur ad artes sciens, ut poeticon, οὐδὲν πρὸς τὸ ἀλῦται, quod uulgo dicunt de pane lucrando, sermone celebri magis quam erudito.

Numeris Platonis obscurius. xxxxi

Proverbialis hyperbole uidetur, quam usurpat M. Tullius in epistolis ad Atticum lib. 7. Aenigma Oppiorum ex Velia, planē non intellexi. Est enim numero Platonis obscurius. Id ideo dictum, quod Plato numeris Pythagoricis obscurat suā philosophiam, ac ueluti nebulas quasdam offundit, precipue in Timeo. Nam Pythagoras omnem serē philosophiæ rationem ad numeros traxit. De quibus permuta Macrobius in commentarijs quos edidit in somnium Scipionis.

Nihil ex agro dicis. xxxxi

οὐδὲν ἐξ ἀγροῦ λέγεις, id est, Nihil ē rure loqueris, id est, Nihil humile, neq; triuiale. Quod enim parum elegans, parū expolitū, id ex agro profectū dicitur. Cōtra qd̄ sctiuit, quod lepidū, id uerbanum ac ciuile uocant. Meminit Suidas.

Nihil graue passus es, nisi. xxxxi

οὐδὲν ὑπερβολικῶς λέγουσιν εἰ μὴ πρὸς αὐτοῖς. id est, Nihil graue accidit, nisi tibi iudicatas. Meminit Diogenianus, Nemo leditur, nisi à seipso. Nemini fit iniuria, si eam existimet ad se non pertinere.

Ne spina quidem uulnerabit bonos. xxxv

μηδ' ἀκουσάτω ἀμύγη τὴν ἐξ ἀγροῦ, id est, Ne spina quidem uulnerabit bonos. Nemo molestus fuerit innocenti. Nam spina natura pungit quemlibet. Sed ubique tuta est innocentia uitaeq; integritas.

Naera & Charmione. xxxvi

Ναέραια καὶ Χάρμιον, id est, Naera et Charmione;

De fids amicis dicit solitum scripsit Zenodotus, quāq; nō dubitarent, uel mortis esse comites amicis. Erat autem hoc amicitie genus laudatum apud Aegyptios, quod appellabant αὐτῶσων ἠνοκόντων, id est, commorientium. Quibus hoc necessitudinis genus placebat, ij hac lege copulabantur, ut si alteri fatale quippiam accidisset, alter ultro mortis focū sese adiungeret. Hoc fecere cohæserant Antonius et Cleopatra. Significat et Horatius libro secundo, Oda decimas septima, simile quiddam erga Meconatem: Ille dies utraq;

Ducet ruinam, non ego perfidum
 Dixi sacramentum, ibimus, ibimus,
 Utcumq; præcedes, Iupremum
 Carpere iter comites parati. Rursum alio loco:
 Quid nos quibus te uita sit superflite
 Lucanda, si contra, grauis.

Sed ut redeam ad proverbium, Naera et Charmione, due erant Cleopatrae regine pedesque, que spontaneam Cleopatrae mortem sunt uniatæ. Ac semiuue reperta sunt, domine iam mortuus coronam capite delapsam reponentes. Est quidem historia memoratu cum primis digna, nec inuicanda cognitu, uerum eam siquis forte requiret, petat libebit ex Plutarcho in uita M. Antonij. Ego nec adagium hoc fueram adscripturus, ni ueritus essem ne, quoniam extat in Zenodoti collectaneis (semel atque iterum excusis, publicatisq; parum eruditus aliquis calumniaretur à me præteritum. Nam mihi, si modo non fallit natus, subolet hoc proverbium haud esse profectum ab antiquitate, sed in Zenodoti natum officina.

Neque nullis sis amicus, neque multis. xxxvii

Carmē illud Hesiodi sequi et alia pleracq; cecisti in uerbiū; μη ἢ πλῆθειν, μηδ' ἀξίον καλέεσθαι, id est, Nec multis, at nec nulli dicaris amicus.

Aristoteles lib. moralium nono, tanquam proverbio iactatum citat, ac dictū probare uidetur, propterea quod prosum cetera illius amici consuetudinem uiuere serinū, atq; inuicantū esse uideatur. Rursum nec uehementer amare possimus simul multos, nec pluribus more gerere. Quin et Lucianus in Toxaride narrat apud Scythas, πλῶν ἀλας, id est, pluriū amicitiam non aliter infamem fuisse, quam apud alias gētes, iunius mulieris, cum pluribus uiris consuetudine. Quamquā diuersa sentit M. Tullius in libro de amicitia. Et Plutarchus in commentario, πρὸς πλῶν ἀλας.

Nebulas diuerberare. xxxviii

Νεφέλας ἐξῶνεν, id est, Nebulas diuerberare, dicitur, qui uel in re stulta, uel que fieri non queat, frustra sinit opteram. Meminit Diogenianus.

Myconius uicinus. xxxix

Μυκόνιον ἑγόνει, id est, Myconius uicinus. In eum, qui inuocatus ad conuiuium accedit. Nam hoc nomine Myconios notauit antiquas, quod ligatioris essent, et aliene appetentes mensæ. Ad hunc modum Suidas, Zenodotus autē ait conuenire in sordidos, atque humiles homanaciones, propterea quod ea insula, inter contemptas habita sit, ob sterilitatem, atque ab idem gentem audisculam, et alieni appetentiorē fuisse. Obtenit idem sermē testatur in primo sermone Dipnosophistarū citans hunc ex Archilochō uersum, quo taxauit Peridem quendam, ἐξ ὄλων τῶν ἀσπυλοῦντα εἰς τὸ συμπίπτοντα μυκόνιον ἀίκα, id est, Velut qui inuocatus irruerit in conuiua Myconiorum more. Idem addit Myconios

Myconios inimodica bibacitate hecūq; fuisse olim infames, unde et Cratinus Iſchomachum quendam gula mancipium, Myconium appellavit.

Mortuos uidens. XL

Νεκρούς ὄρωρ, νεκρωσιμ ἔβες πνευμάτωρ. id est, Tibi occidunt res, mortuos si somnis.

Refertur à Suida tanquam uulgo iactatum de diuinatione, que sumitur ab insomnijs, superstitione multo omnium uersissima. Id tamen ita dictum est, quod mors finis sit omnium huius uitæ malorum.

Mortui non mordent. XLII

Οἱ τεθνήκοτες οὐ δάκνουσιν, id est, Mortui non mordent. Id etiam hac tempestate uulgo dicitur. Nati arbitrator ex apophthegmate Theodori Chij, qui fuit Ptolemai regis in arte Rhetorica præceptor. Hic enim in consiliū adscitus, cum deliberaretur, utrum Pompeius ab Aegypto repellendus esset, an admitteudus, censuit receptum occidentum, addens hoc dictum, mortuos non mordere.

Ascise ad extremum scientiam. XLII

πέμπε εἰς ἔκδοτον πῶν ὑπόθετων, id est, Accerse ad extremum scientiam. Non statim utendum extremis ingenij uiribus, uerum ubi iam urget ultimum periculum, tum ad artes confugiendum.

Miserrimum fame mori. XLIII

Sententia etiam cantionibus apud ueteres celebrata, teste Platone, miserrimum mortis genus, fame mori. Sumpta est autem ex Homericæ Odysseæ, M.

πάντες δὲ συγκροῖ θάνατοι δαδούσι ἔσθουσι, διμυδὲ δὲ οὐκ ἔλασσο δουλέμ ηὐ κότμορ ἐπιπώδμ. id est, Dura quidem miseris mors est mortalibus omnibus, At perisse fame, res una miserrima longe est.

Accommodari poterit in sordidos quosdam, qui quo parcant nummis, defraudant genium suum.

I modo uenare leporem, nunctym tenes. XLIIII

Plautus in captiui duo: I modo uenare leporem, nunc I tym tenes, prouerbiāli figurā dixit. Id est, hanc interim coenam, qualemcumq; certā habes, quære alteram, si potes potiorē, I tys enim auis, quem à Phaside Scythiæ flumine Phasianum uocant. Proinde cum inebimur, ut qui nactus sit commodi quippiam, ad aliud sese accingat, non intempesti uer hoc ute nūc adagio. Verum equidem opinor hunc Plauti locum, ut sunt alij pleriq; deprauatum esse: legendū autem, nec I tym, ut habent codices, nec ichthyon, ut perperam nuntiat quidā, cum nec auis, nec piscis quicquam faciat ad uenationem leporis, sed icētin. Nam est id animal de genere mustelarum, quod in cuniculos immittitur, ut prædan eliciat. Latini uiuerram appellant. Suidas ostendit idem animal insidiari piscibus. Meminit huius Aristoteles libro de naturis animalium nono, capite sexto. Quamquam non indicat insidiari leporibus, sed auibus et alucaribus. Quod si recte constat icētin esse uiuerram, Plinius octauo lib. indicat præcipuum uiuerram gratiam fuisse, propter uenatum leporum et cuniculorum. Inijciant, inquit, eas in specus, qui sunt multifores in terris, unde et non men animal, atq; ita uictos superne capiunt.

Minimo prouocare. XLV

Minimo prouocare, est contemptum ad certamen prouocare. Sumptum à gestu prouocantium ad pugnam minimo digito porrecto. Horatius in sermonibus: Ecce, Crispinus minimo me prouocat, accipe, si uis Accipe iam tabulas, datur nobis locus, hora,

Custodes, uideamus iter plus scribere possit.

Elegantius ad res animi torquetur. Vt unus hic grammatistes theologos omnis minimo prouocat.

Minore finire pomcerio, & his similia. XLVI

Prouerbij rationē sapient huiusmodi fermè metaphoræ: Finire pomcerio: Præstiteret metam: Circum scribere cancellis, et si que sunt consimiles. Varro in libris de re rustica: Eo melius fuisse quosdam, qui minore pomcerio finierunt, exclusis partibus, que non pertinent ad hanc rem. Idem eiusdem operis libro primo: Ars sit, an quid aliud, et à quibus carceribus decorat ad metā. Cicero libro de Oratore primo, Exiguus quibusdam finibus totum oratoris munus circūdedisti.

Mens peregrina. XLVII

Νοῦν τὸν ἔξωρον, id est, Mentem peregrinam habere dicuntur cogitabundī, nec satis ob id attenti ad ea, que coram aguntur. Iocatur Aristophanes, qui ἄλλοθεν ἐστίν, in Euriptidem tanquā dialecticis utentem arguitis, id quod indicat etiā Fabius Quintilianus in institutionibus, his uerbis: Οὐκ ἐνδὸρ, ἐνδὸρ δέσιν εἰ γινώσκω ἔχρα. Πῶς ἐνδὸρ εἶτ οὐκ ἐνδὸρ; ἔρθεος δὲ ἔρεφρ. Οὐδὲ μὲν ἔρω συλλέγωμ ἐπὶ ὄλλια, Οὐκ ἐνδὸρ, οὐτὸς δὲ ἐνδὸρ ἀνορθόων πρὶς τρεκαφύδιον. id est,

Est intus, haud est intus idem si fapis. Qui nam intus et non intus optime senex. Nam mens foris abest, colligens epyllia Non intus, ipse at intus est, iragœdiam Scribens supinus. Epyllia uerficulos dicit, uoce diminutiuā ab epos.

Idem in Equitibus:

Ἐρέος τε πὸν λέγοντ ἄει κέχραος, ὃ νόε δέ σν πῶν ἄπδνημῆ. id est, Vsq; ad loquentem inhiās, at ipsa mens tua,

Præfens, peregre est. In eundem sensum Terentius: Præfens, absens ut fies.

Mitior columba. XLVIII

Ἐρεότερ ὁ πρὸς ἔρεος, id est, Mansuetior columba. Columbina simplicitas, ac mansuetudo, laudatur etiam in diuinis literis. Adagij meminit Diogenianus.

Ad porcellum da mihi multo tres drachmas. XLIX

Εἰς χοῖριδίο μοι νῦν δάψορ ἔξος δρεάχμας, id est, Ad porcellum nunc da mihi multo tres drachmas. Dicebatur ab eo, qui mori decreuisset, aut qui uellet initiari. Nam initiandi consueuerunt immolare porcum. Suidas ex Aristophane citat. Est autem in Pace: Εἰς χοῖριδίο μοι νῦν δάψορ τρεῖς δρεάχμας, Δε γὰρ μνησθῶν με πρὶν πεθῆναι. id est, Qui porcum enam mihi nunc tres drachmas, Initiandus sum prius, ac mortem optetam.

Mulieris podex. L

Γαυακὸς ὠρη, id est, Mulieris podex. In ignaum, ac desidiosum dicebatur. Ignaum animal, mulier, et quo minus habet mentis, hoc in honestis uoluptatibus est adductius. Amat ocium, et furorum in morem, quemadmodum ait Hesiodus, uirorum laboribus que sita sibi infumit, id quod indicat etiam illud prouerbiū, οὐκός ον.

Mulieris animus. LI

Γαυακὸς φρένας, id est, Muliebri ingenio. Diogenianus ostendit dici solum in stultos. Videtur autē magis quadrare in imbelles

in imbelles & inconstantes. Vnde est illud Enniamum:

Vos etenim iuuenes, animos geritis muliebres,
Illaq; uirgo uiri.

Et Terentius:

Nosti mulierum ingenium.

Nolunt ubi uelis, ubi nolis, capiunt utro.

Perendinum uentum prædicere. LII

τὸ μὲν ἔπιπτον ἀνεμὸν προγινώσκεις, id est, Perendinum uentum præfere dicuntur, qui coniectoris, quod multo post euenturum sit, colligunt. Sumptum à nautis, aut à negociatoribus. Pindarus:

Σοφοὶ δὲ μὲλλοντα ἔπιπτον ἀνεμὸν ἔμαθον. id est, Sapientes futurum uentum nouerunt.

Id enim denuum est sapere, non solum quod ante pedes est uidere, uerum id quoq; quod prociat debet, prospicere.

Caute loquacior. LIIII

Ἐσχίας λαλίστηρ, id est, Caute loquacior. Prouerbialis hyperbole, in hominem immodice, ac permoleste garululum. Sumpta metaphora à canibus, quæ quoniam assiduis fluctibus uandantur, multo resonant fragore.

Lepori esurienti etiam

placentas fici. LIIII

Λαγῶν πανῶν τε καὶ ψαλλῶν ἐξ ἐς σὺκα. id est, Lepori esurienti & placentæ pro ficis.

Suidas tradit dictum de ijs, qui compulsi necessitate, res etiã preciosissimas absumunt. Fortassis natũ ab huiusmodi quæpiam fibula, qualem de se narrat Apuleius, quod adactus famæ, placentas primũ lambere, deinde etiã comesse didicerit.

Lex & regio. LV

Νόμος ἔστι νόμος, id est, Mos siue lex & regio. Admonet prouerbium quemadmodum & aliis obiter indicauimus, seruandam & obscundandam esse moribus regionis, in qua uerseris. Zenodotus adscribit unicuiq; genti, sius quasdam esse leges, & instituta seruendi. Nam Persarum mos est, ut inter pocula temulenti cõsultent, ac reges suos pro munere adorent. Deinde qui sint pares, & osculantur imãcem. Inferiores genam modo contingunt potentiorũ. Natos pueros post quadriennium demum inspicunt. Gorãij regem creant eum, qui sit inter ipsos, quam maxime corpulentus. Syrrac coronam deserunt ei, qui proceritate corporis reliquos antecellat, atque, ut quidam narrant, eũ caput sit longissimũ. Strymphali, mulierem eam in honore habent, quæ cum pluribus uiris habuerit consuetudinem. Montani Masagete, in uijs coeunt. Saronate inter pocula filias uendunt. Mazusius abstinet à mulierum congressu, nisi siquam bello ceperit. Tibareni, post uxoris partum, ipsi perinde quasi pepererint, reuinclo capite cubant. Apud Cœceteos opifices onera gestant, donec occurrat, qui emat. Sidones parentes deorant, excepto capite. Nam hoc inuolant. Castæ, aut iuxta alios Hemiochi, natos lachrymis prosequuntur, de sanctis gaudio. Bacchirij si quando à morbo reuauerint, canibus semetipsos obijciunt: Orgenipet, neq; domos habent, nec animante uesciunt. Sunt autem calni, non ipsi modo, uerum etiam mulieres, idq; alium accident, propter aque uim natiuam, quam bibunt. Thyseta dijs ossa sacrificant, ipsi uesciuntur carnibus, atq; hi profecto plurimum sapiunt, mea quidem sententia. T auroscythæ homines immolant. Byzoni mediterranei lacte bubulo uisciant, nec ullo præterea uesciuntur cibo. Iberes ouium loco, canum greges alunt. Aethiopes, qui dicuntur Colcenses byæanas. Quin boãie non pauciora ingenium & morum discerniã. Ad ea quoad fieri potest accomodare sese, polyumpiq; piscem imitari non minima prudentie pars est.

Aegis uenit. LVI

Αἰγὴ ἐξ ἑρατοῦ, id est, Aegis uenit. Suidas indicat prouerbio dici solitum de ijs, qui petulantè & impudenter agerent. Refertq; ex Pherecrate, οἱ μοι κακοδαίμων αἰγὴ ἐξ ἑρατοῦ. Aegis autem Graecis maria significat, pellicæ regem quod gestant Afri, præterea maris intumescens undas ac procellas uentorũ, idq; lingua Dorica. Alij malunt esse quid è coronis contextum, aut rete ex coronamentis contextum. Sic ait usurpatum apud Herodotum ac Lycurgum. Nec desunt, qui putent significare sacerdotem, quæ Athenis solita sit ferre sacra an Aegidem, itaq; ingredi ad eos qui nuper dixissent uxores. Apparet in huiusmodi sacris multum fuisse centie, quemadmodum & apud Christianos multis ineptijs celebrantur nuptiæ, simulq; alluuium est ad procellam.

Multam syluam gestas. LVII

Λόχμων ἑκάστη φορῆς, id est, Syluam multam portat. Dicitum in Phormionem militem quendam hirsutum, deniq; quæ pilorum obstum sylua, cuius & alibi ficta mentio. Quadrabit in agrorum & stupidum, cuiusmodi ferme sunt milites. Refertur à Suida.

Leonem uidere, hostium

prelia potendit. LVIII

Λέοντας ἰδεῖν, δὲ σαρμῶν δὴλοὺ μὲλας. id est, Cerere leones, hostium pugnam indicat. Translatum uel à somniorum coniectoris, uel ab obseruantibus auguria. Meminit Suidas.

Larus in paludibus. LIX

Λῶς ἔστι ἐλεσι, id est, Larus in paludibus. Suidas scribit dictum de ijs, qui faciles sunt ad dandum. Dicitur à Laro aut, quam canicæ κέπρον appellari putant, quamquã Tbeodorus Gaz a hanc filicum uertit, illum gauit. Ea quoniam facile decipitur, illicitorq; proinde prouerbio locum ficit.

Illa. LX

Ἰὼα, id est, Illa prouerbialis erat acclamatio in eos, quibus 3 litera sorte cecidisset, quã; modis omnibus essent infertunati. Hæc Suidas, qui prouerbium citat ex Mesenia Menandri, testatur, & alibi usurpatum apud autores. Coniectare licet, eam literam in sortibus, inauspicatam fuisse. Martianus Capella in nuptijs Philologie & Merciorij, testatur hanc literam inuisam fuisse Appio Claudio, quod dentes mortui, dum exprimitur, imitetur.

Ipo horreo. LXI

Quod prolixè & affatum datur, ipso horreo dari dicitur, quemadmodum ipso canistro, propterea, quod ex horreo plenus depromitur, quam è chœnice. Simile illi, καὶ πῶς ἀντὶ γῆς, id est, B dolio hauris.

In tua ipsius harena. LXII

In tua ipsius harena, id est, In tua ipsius arte. Sumptũ à gladiatoribus, solitis in harena gladiari. Neq; uero parui referebat horum, nota an in ignota dimicare harena.

In saltu uno, duos apros capere. LXIII

In saltu uno, duos apros capere. Est eadem in re, duos pariter deprehendere. Plautus in Castina: Iam ego uno in saltu lepide apros capiam duos.

Ignis ad torrem. LXIIII

Πῦρ ὡδὲ ἀλοῦν ἐλθῶν, id est, Ignis ad torrem ueniens. De negotio, quod aptim, facileq; conficitur, quasi cũ ulro ignis ad torrem transuolat, ob materiei siccitatem. Meminit Dio genium. Simile ficitur: Ignis ad Naphtham. Est autem Naphtha bituminis genus, ad quod flamma uel è longinquo transuolat.

Hippolytum imitabor.

LXV

Ἰππολύτου μιμησομαι, id est, Hippolytum imitabor. Diogenianus in prouerbiis collectaneis ait dicitur de ijs, qui statissent puere, castisq; uicere. Nota est fabula, uel apud Euripidem, uel apud Senecam, quemadmodum in iuuenis odio foeminei generis, Diane studijs sese totum addixerit, despecto Veneris numine. Sic enim loquitur apud Euripidem: τὸν σὺν δὲ κούρηι πολλὰ ἔργα χαιρέει λέγω. id est, Veneri tue longum ualere renuncio.

Nihil agere.

LXVI

Suidas hunc uersiculum citat est Cratini fabula, cui titulus, Hovae: καὶ ταῦτα πρόσθωρ φάσθ' ἀνὴρ οὐδὲρ ποιοῦρ. id est, Atq; ista faciens quidam ait, faciens nihil. Admonetq; subesse prouerbum, quod quadret in eos, qui frustra laborent. Apud Latinos item nihil agunt, qui somnum inanem operant, ut apud Terentium. Ceterum hoc nihil agit. Celebratur ex illud Attilij, Satius est otiosum esse, quam nihil agere.

Herculis cothurnos aptare infanti.

LXVII

Herculis personam, aut cothurnos aptare puero, est minus applicare maxima, quae nequaquam uel congruant, uel decaant, ueluti si quis rem humdem oratione tragica profequatur. Quintilianus libro sexto de peroratione: Nam in paruis quidem libris, has tragcedias mouere, tale est, quasi si personam Herculis & cothurnos aptare infantibus uelis. Plutarchus commemorat apophthegma quoddam Agesilai, non admodum ab hoc alienum. Cui cum Sophista quispian hoc nomine Laudaretur, quod res minus dicendi artificio maxima efficeret, negauit in eis cerdonem bonum sibi uideri, qui paruo pedi, magnum induceret calcem, significans orationem oportere cum re congruere, non aliter quam uestis conuenire debet corpori.

Grues lapidem deglutientes.

LXVIII

Ἄϊ γάρωνι λίθος καταπετωσίου, id est, Grues lapillos deglutientes. Suidas ex Aristophane citat, ostendens dici solitum de ijs, qui summa prouidentia gerunt negotium, idq; inde in iudg; sermonem uenisse, quod gruibus hic mos sit, ut quoniam admodum sublimes uolant, magnosq; serantur impetu, neq; possint deorsum aspiceret, lapillos gestent, quos si quando fatigari coeperint inter uolandum, ex alto deijciant, quo uidelicet e cadentium strepitu percipiant, utrum supra terram, an supra mare uolent. Quod si lapillus in mare decidit, pergunt iniam: sin in terram, interquiescunt. Nec his dissimilia refert Plinius libro decimo, capite uigesimotertio. Quando proficiantur, inquit, consentiunt. Volant ad prospectandum alte, ducem quem sequantur, eligunt; In extremo agmine per uices qui acclamant, dispositos habet, & qui grege uoce continent: excubias habent nocturnis temporibus, lapillum pede sustinent, qui lassatis somno decidens, indigentiam sono coarguit. Cetera dormiunt capite subter alam condito, alternis pedibus insipientes. Dux erecto prouidet collo, ac praedicit. Ac paulo post, Certum est, inquit, Pontum transuolatias primum omnium angustias petere, inter duo promontoria Crimnetopum & Caranberi, mox fabuari a stabili. Quum medium transierint, abijci lapillos, qui attigerint continentem, & e gutture arenam. Haestenus Plinius. Porro locus, quem Suidas citat, est in Auis Aristophanis.

Ἐκ ῥῶν γὰρ λίθους ἢ πορὺς ἕτερε μωσίου ἔρενοι, θεμελίως καταπετωσίου λίθος, id est,

Veneri gruum terdens ferre nulla, Libycis ab oris, deoratis maximis saxis.

Fortuna aestuaria.

LXIX

Ἐν χερσὶ ἀέθωρ, id est, Fortuna Euripus, siue uolubilis, quod uicissim nunc huic fauere soleat, nunc illi. De qua Eubolus: Exaestuans more fertur Euripi.

De mari Euripo diximus loco. Quemadmodum autem mare habet accessus ac recessus aestuans, ita nihil est in rebus humanis perpetuum. Nullum autem mare crebrius aut celestius recitat, quam Euripus. Pindarus in Puthijs hymno tertio metaphoram sumpsit a uentis: ἔτι πρὸς μακάρων τυγχερόντ' εὐ παρεμύθω, ἔλλατε δ' ἄλλοιου πνοαὶ ὑφίπετε τὰρ ἀνέμων, ὅςθ' οὐδ' ἐξ μακροῦ ἀνέσθη' ἔρχεται, id est, Oportet ubi contigerit a dijs, frui. Ceterum alias alij sunt uentorum status. Felicitas autem mortalium, non uenit dum mansura. Interpres citat uersus Euripidis: κάμνεσι γὰρ τοὶ καὶ βροτοὶ εἰ συμφραεὶ, καὶ πνεύματ' ἀνέμων οὐκ ἔσι εὐμύθω ἔχθ' id est, Quin & laborant calamitates hominibus, Nec habent uigorem semper aere flamina.

Fores aperire.

LXX

Ἀνοίγαν τὴν θύραν, id est, Fores aperire, prouerbio dicebatur, qui rei cuiuspiam ingressum, initiumq; patefieret. Plinius anaculus lib. ij. cap. viij. Obliquitate eius intellexisse hoc est, per uis fores aperuisse, Anaximander Milesius tradidit. Indicauit hoc adagium Euarchus in Symposiacion, Decade secunda. Ἐκαθὼς γὰρ ἄθροισμα, δὲρ κόσμου ἀντὶ φθὴ πνοῶν μακρὰς ἕρας ἐστὶ σεαυτοῦ ἀνοίξας, id est, Imprudens Firme, mundum pro ianua prouerbiali, in teipsum aperuisse. Fenestram aperire, in eandem sententiam est apud Terentium.

Tuas res agit, paries cum proximus ardet.

LXXI

Et hodiernis temporibus indocto uulgo passim in ore est, tum nobis esse cauendum, cum uicini domus ardet. Admonet prouerbum, ut ex alterius malo sinamus exemplum alienoq; periculo discamus nostris rebus consulere. Suptum est ex Horatianis epistolis

Ecquid

Ad te post paulo uentura pericula sentis? Nam tuas res agit, paries cum proximus ardet.

Et Vergilius:

Iam proximus ardet

Vcdegon.

Fontibus apros, floribus

LXXII

Dubium non est, quin ad prouerborum classem pertineat, quod est apud Maronem in carmine Bucolico: Eheu quid uolui misero mihi, floribus ausurum Perditus & liquidis immisi fontibus apros. Vbi quis optat nocitura, Nam uentus floribus inimicissimus, praecipue ausur, ob uolentiam.

Ollaris deus.

LXXIII

Χυθῆδες θεός, id est, Ollaris deus. Dicebatur in homine humilem & contempte sortis, Aristophanes in nubibus: οτι καὶ σε χυθῆδ' ὄντα θεῶν ἠγιστάμω, id est, Quando arbitrabar te quoq; ollarem deum.

Magni dij, ebore, auro, & argento sculpebantur. At plebei illi & muniti, quod genus Sui Silemus & Priapus, qualibet materia fingebantur, ligno nonnumquam & luto, quo uidelicet argento finguntur & olla. Vnde non incipit quadrabit in eum, qui studeat haberi inter adicos optimates, sed nec opibus pollens, nec auctoritate ualens apud principem. Cognatum est illi, uel ἰορῆσθ' εὐ λαχάριος, id est, Et Corco-

rus inter olera: aut illi, οὐδὲν ἔσθω, id est, Nihil fieri. Refertur in Zenodoti collectione.

Octaveus genius. LXXVIII

Ὀκτώθεος θεῶν μισθός, id est, Octaveus genius. Diogenianus ait hunc ferocian et arrogantiam non sine inultam. Nec propterea quicquam affertur. Est autem Octa minus finitimus Trachini, atque eodem nomine civitas Meliensium. Proinde similis erit huius usus prowerbij, qualis est illius: Aderit Te= messus genius.

Vel hosti miserandus. LXXV

Suidas huiusmodi uerba ex autore quopiam citat: ὅς τις καὶ τῶν ἁπλοῦν ἰσχυροῦ, καὶ μὴ ἔχοντος ἐλπίδος θεοσάμνονος τῶν τῶτε πηδύπεδον τῶν ἀνθρώπων, id est, Vel iuxta prowerbium etiam miseraturus fuerit hostis, si praesentem uidisset hominis casum. Est autem hyperbole, nam hostis non facile commouetur misericordia. Ita Vergilius in duodecimo:

Vel Priamo miseranda manus.

Item in secundo:

Quis talia fando, Myrmidonum Dolopumie, aut duri miles Vlyssi, Temperet at lachrymis.

Confine illi, quod uel ipse probet Momus:

Aequales calculi. LXXVI

Ἴσους λίθοι, id est, Aequales calculi, si quando parū abest, ut condemnatur aliquis, et tamen absoluitur, aut cum mutat animus, ambigitur, utram in partem se desinat, a rationibus hinc atq; hinc uelut ex aequo adhortantibus, ac deterrentibus: Quemadmodum est apud Terentium, cū in dubio est animus, paulo momento huc uel illuc impellitur. Suidas ostendit metaphoram sumptam à pyrisca consuetudine iudiciorum, quare uis aequalibus iudicam sententijs absoluebat, at non circa periculum. Cur autem potius absoluebat, quam damnandum reum ueteres existimant, cum pares essent sententiæ, multas causas reddit Aristoteles in problemate quodā. Multis enim nominibus iustum est cōuenire, ut reliquis paribus, reo magis, quam auctori faveatur: uel quod accusator accedit paratus, ac praemediatus: reus ad multa non praenisiua compellitur respondere. Vel quod consentaneum sit reum, ut qui maiore periculo dicat, ob metum quaedam praetermississe potius quam actorem. Vel quod in incipiti negotio potius ad eam partē oporteat uergere, ubi si forte erratum, peccetur leuius. At minus est malum absolucere nocentem, quam innocentem damnare, praesertim in capitalibus causis. Vbi si contingat errare iudicem, non est quo farciat in posterum erratum suum, extincto iam homine. Contra, si elabatur nocens, poterit alio iudicio poenas dare. Vel quod accusatio propior est suspicioni maleuolentiae, quam defensio: quare cum in ceteris nihil appareat discriminis, de actore potius male iudicemus, quam de reo. Haec et alia quaedam huiusmodi tradit Aristoteles. Igitur ut tutissimo liberatur à causa, qui calculis omnibus absoluitur, ita periculo proximus fuisse uidetur, qui paribus calculis, iam quasi fauore quodam elabatur.

Lusciniæ deest cantio. LXXVII

Lusciniæ deest cantio. Prowerbialis allegoria, perinde quasi dicas: Mulieri desunt uerba, poëtae uersus, oratori color, sophistæ cauilum. Nulla enim auium aequae canora, atq; lusciniæ, etiam scemina, sicut testatur Plinius libro decimo, capite uigesimo nono. Sed haud fuerit alienum ipsius uerba subscribere. Luscinijs, inquit, diebus ac noctibus continuis quindecim, garrulus sine intermissione cantus, densante se frondium gemine, non in nouissimum digna miratu aue. Primum tantu

uox, tam paruo in corpusculo, tam pertinax spiritus: deinde in una perfecta musicae fabrica, modulatus editur sonus. Et nunc continuo spiritus trahitur in longum, nunc uariatur inflexo, nunc distinguitur conciso, copulatur intorto, promittitur, reuocatur, infusatur ex inopinato: interdulcor et secum ipsa murmurat, plenus, gratus, acutus, creber, extensus: ubi usum est, uibrans, summus, medius, imus. Breuiterq; omnia tam parulis in fucibus, quae tot exquisitis tibiarum tormentis, ars hominum excogitauit. Plautus in Bacchidibus: Ego quoq; pol metuo ne luscintole desierit cantio.

Ego ex bono in bonum trans=

Anguillus sum. LXXVIII

Ἐγὼ ἀπὸ ἐκ τῶ καλοῦ εἰς καλὸν μεταβήσκω, id est, Ego quidem è bono in bonum transij. Suidas indicat dici solum de his, qui bonum institutum, bono commutāt. Innuit autem natum à quodam, qui ex bono citharædo factus sit poëta tragicus. Est enim poëtica musica confinis arti, unde et musicam artem poëticam uocauit Terentius. Sumptum est adagium ex Ranis Aristophanicis.

Anguilla captare. LXXIX

Ἐγγέλλεθ' ἀρῆσθαι, id est, Anguillas uenari dicuntur, qui priuati compendij causa, cuncti tumultus. Inae ducta similitudine, quod cum aqua stat immotus, nihil capiunt, qui captant anguillas, si eum sursum ac deorsum miscent, ac perturbant aquam, ita demum capiunt. Quadrabit in eos, quibus tranquillo Reipub. statu, nihil est emolumentum. Proinde de seditionibus gaudent exoriri, quo ciuitatis publicum malum, in suam priuatum uertant commodum. Prowerbium existit apud Aristophanem in Equitibus: Ὅστις ᾄδ' οἱ τὰς ἐγγέλλεθ' ἐκρῶν ἄλλοι ὡς πειθούς, ὅταν μὴ ἡλίμνη καταπέθ', λαμβάνουσιν οὐδέμ', ἐκρῶν δ' ἄνω τε ἢ κάτω τῶν βροχέων κινώσασιν, Ἀἴρεσιν, ἢ δὲ λαμβάνουσ', ἢ μὴ πῶδ' ἢ τὰς ἀπὸ τῆς, id est, Nanq; accidit tibi, quod anguillas qui aucupantur, Vbi quieti stat palus, nil piscium reportant, Contra lutum in mouerit sursum atq; item deorsum Capiunt, ita ipse capis, ubi rem publicam inquietas. Hanc artem heu nimium callent principes horum temporum, qui consilio tyrannico discidia serunt inter ciuiciter, aut bellicam aliquod aliquid suscitant, quo licentius multent miseram plebeulam, et innocentissimorum ciuium sane, suam expleant ingluuiem.

Ego faciã omni amore Nicolstrati. LXXX

Ἐγὼ τοῖσδε πάντα καὶ νικὸς στρατοῦ, id est, Ego cuncta more fecero Nicolstrati. Pro eo, quod est egregie. Nam hunc Nicolstratū aiunt comœdiarum actorem fuisse talem, qualis apud Romanos praedicator fuisse Roscius. Itaq; propter artis simam in iudgij sermone non abiij. Suidas prowerbij titulo recenset.

Duplex cappa. LXXXI

Διπλῶν καπέτων, id est, Duplex cappa, uelut ænigma, quo malum aliquod significabant. Siquidem gemino cappas, scribuntur καπέτ. Simili figura Plautus faciem, trium literarum hominem appellauit.

Tria cappa pessima. LXXXII

Τρία καπέτα κάμιστα, id est, Tria cappa pessima. Iactatum est hoc olim ænigmati uice, quo trium gentium mores notati sunt, Cappadocum, Cretesium, et Cilicum.

Temulentus dormiens non

est excitandus. LXXXIII

Prowerbij speciem habet, quod admonet Theognis, ὄπισθ' αὖτις

tam ebrium non oportere excitari somno. Simillimum est aut illi, κακὸν ἐν κείῳ μῶρον μὴ κινεῖν, id est, Madum bene conditum ne moveas. Non est refrigerandi odium, cui iam tempus induxit obliuionē. Non est renouandum animi iudicium, cui iam obduci cicatrix coepit. Theognidis carmen sic habet:

Μηδ' εὖδ' οὐτ' ἐπέγρησε σιμωσίδι, οὐδένα ἡμῶν
 Θωροχθέντ' οἶνον μάλα καὶ οὐ πῖνον ἔχῃ. id est,

Ne cuiquam e nobis somnum depele Simonida,
 Oppressum uino quem sopor altius habet.

Vtroque nutans sententia, LXXXIII

Δίχωλοι γνῶμαι, id est, Vtroq; claudicantes sententiae, aut animus huc, atq; illic uersatilis. Sic enim arbitrator legendum, Δίχωλοῦ per o magnum, ut sit utroq; claudicans. Nam in sudgatis libris per o micron scriptum reperit. Conueniet igitur in hominem, lubricae fidei et incertarum partium. Refertur a Zenodoto.

Dictum, ac factum. LXXXV

Ρεχθῆρ' Ἐπερχθῆρ', id est, Dictum, ac factum. Proverbia figura, qua nihil in negotio procurando praetermissum significans. Terentius, Dictum, ac factum reddidi. Donatus in Andria indicat esse proverbium celeritatis. Dictum ac factum, inuenerit aliquam causam. Rursus in seipsum exercitantes: Dictum, ac factum, huc abiit Clitipho. Sane quam familiaris est hic sermonis color Graecis poetis, οὐτ' ἐπεσε, οὐτ' ἔργον, id est, Neq; dictum, neq; factum, pro eo quod est nullaratione. Homerus Iliados libro primo:

Ἐδδλθ' ἄ οὐδ' ἄ πω εἶπασθε ἔσθ' οὐδ' ἐτέλεσσαε, id est, Nec dictum, factumq; probum ex te prodijt unquam.

Euripides in Hecuba:

Σὺδ' ἡμῖν μηδὲρ ἐμποδῶν γίνεθ,
 Δέγρσσα μηδὲ δ' εἴσοσα. id est,

Tu uero ne quid obstitis mihi
 Verboe, factoue.

Diuersum i sensum qui modis omnibus dextris strēnuiq; sunt; dictis ac factis ualere dicitur. Ita Phoenix docuerat Achillem iuxta Homerum:

Μύθοισι τ' ἔκτισ ἔμῳ μῶν, περικτῆσ' τ' ἔργω.
 Itidem Pindarus in Nemeis hymno primo, τοῦ δὲ ἀμφοῖ ἔσοσθω, τίνετ' ἡμῖν τῶν ῥηθῆσε, id est, Tui uero mores. Et in his et illis usū sunt: praecipit enim πρῶτος γ' ἔργω μὲν δέειν ἔσθ', Ἐβλήσθ' δὲ ἔργω, id est, Agit enim factio quidem robor, consilij autem mens.

De grege illo est. LXXXVI

De grege illo est, eiusdem factionis, aut contubernij. Terentius in Adelphis: At hic Hercules de grege illo est. Idem in Eunuch: Ut me in uestrum gregem recipiat. M. Tullius ad Atticum: At uellem te in tuum ueterem gregem retulisses. Allusit autem ad id, quod alibi diximus, ἀμάρτυρ.

Sic et Flaccus:

Scribe tui gregis hunc, et fortem crede bonumq;.

Dentata charta. LXXXVII

Dentata dicitur mordacia. M. Tullius ad fratrem libro secundo: Calano et atramento temperato. Dentata etiam charta res agetur. Et Seneca dentatos sales esse non uult. Rursus edentula que morsu caret.

Daulia cornix. LXXXVIII

Δαυλίαν κορυθῶν, id est, Dauliam cornicem, Iulianum uocant Poetae: siue quod Tereus in Danilde Phocidis cum ea uexerit, siue quod illic Philomena mutata sit in auem. Non ideo quid sibi uelit adaugum, nisi forte dictum est in garrulos,

aut canoros. Magis autem suspicor Zenodotum, siue Zenobus, is siue quisquis alius fuit, hoc proverbium fuisse commentum, quo locū faceret narranda fabula, quod idem in nouidulis alijs ab illo factum conijcio.

Cum musis. LXXXIX

Μετὰ μουσῶν, id est, Cum musis, hoc est, Musis bene firmitantibus, de doctis, aut ijs, quae docte dicuntur: aut quae admodum ostendit Suidas, cum illiteratus inter eruditos uenit, ut per ironiam effertur.

Amicos tragædos æmulatur. XC

Τοὺς ἐταίρους ἑαγῶν οὖς ἀγωνεῖται, id est, Amicos tragædos æmulatur. Suidas a Didymo citat, addens dici solitum de his, qui sese accommodarent, et morum seueritatem simerent, ad æmulationem aliorum. Sumptum ab histriombus tragædiarum, qui cum sint leuissimi nebulones, tamen ubi deum aut regem agunt in fabula, tum cultu, uoce, gestibus maiestatem quandam imitantur.

Aefopicus graculus. XCI

Αἰσώπιθ' ἰκολοῖος, id est, Aefopicus graculus, dicitur, qui aliena sibi usurpat, aliorumq; bonis sese uenditat. Usurpat Lucianus in Pseudogolista. Horatius: Moueat cornicularisum Furtius nudata coloribus.

Exstat apologus inter alios, qui Aefopi nomine circumferuntur. Pindarus in Nemeis hymno tertio: οὐδ' ἀδδοξίω ἔσοσθεσ ἀνδρῖ φέρειν κρείσσονεσ, οἰκοδεμ μάλιστα, id est, Neq; rerum alienarum cupiditates utro meliores sunt ad ferendum, è domesticis inquire. Reprehendit suam digressionem uirtutibus, potius quam ex alienis.

Aries cornibus lasciuens. XCII

Κριῖος ἀσελοκρέσσεσ, id est, Aries cornibus lasciuens. Diogenianus ostendit comenire in magnos, ac lasciuos. Pruriunt cornua arietibus bene passis, quod idem accidit bubus. Verg. Iam cornu petat, et pedibus qui spargat harenam, uitalum lasciuientem indicans.

Ductus per Phratoreis canis. XCIII

Αγρομὸσ δ' ἀ φρατόροσ κ' ἀνωμ, id est, Ductus per Phratoreis canis. Vbi quis incidit in eos, quibus paenas det. Canis enim apud hos protinus occiditur. Apud Athenienses populus in tribus erat distributus, unius cuiusq; tribus tertia pars φρατρία dicebatur, et huc praefectus φρατρίασχος. In comitijs igitur si quis canis intercurrisset, continuo petebatur a populo.

Calabri hospitis xenia. XCIII

Prouerbium subesse uidetur in his Horatij uersibus, quos scripsit in epistolis:

Non quo more pyris uelci Calaber iubet hospes
 Tume scissij locupletem, uescere sodas.
 Iam satis est, at tu quantumuis tolle, benigne.
 Non inuisa serps pueris munuscula paruis.
 Tam teneor dono, quam si dimittat onustus.
 Vt lubet, haec hodie porcis comedenda relinques.

Itaq; Calabri hospitis munera recte dixeris, rusticana, leuiciaq; quaeq; magis onerent accipientē, quam iuent, aut que donantur contenta. Siquidem Calabri, quod pyris abundet, consueuerunt ea hospitis affatum apponere, deinde saturos, bellariuorum uice domum asserre iubent. Quod si recuses, eadem porcis obijciunt. Atqui istud haud est dare munus, sed abijcere. Is demon dat, qui simul et precium uicinis expendit, quod largitur, et eius meritum, quem eo donat.

In ostio formosus. xcv

Er ἄνεα καλός, id est, In ostio formosus. De ijs, qui ad-
amantur, vulgōq; gratiosi habentur. Sumptum a veterum
consuetudine, qui formosorum, aut amastorum nomina, ar-
boribus, felijs, ac parietibus inscribant, ὁ δ' ἔνα καλός.

Ad id alludens Aristophanes in Vespis:
καὶ νῦν δ' ἔρ' ἴδῃ γέ ποτ' ἤρασμα μύοιο
τόν πορτελάμπου εἴς τινος δῆμιον καλόν,
ἰών ἤρασμα τῶν ἄριστον κίμωλο καλόν. id est,

Ac per Iouem scriptum ipsam si uiderit
Demum uenistum in Pylampus ostio,
Accurrit ac Cenum uenistum proxime
Asscribit. Idem ἄν' ἄρα νεύσει,
ἰμῶν ἔρασμα ἢ ἄλκιωτος, ὡς κ' ἴ
Er ποτ' ἴσῃ τῶν ἄριστον ἄδιδωμοῖ καλοῖ. id est,
Is uestri amans haud fide erat.

Nam in adium muris uenisti Athenienses scripserat.
Interpres distichon hoc citat ex Callimacho:
ἀλλ' εἴ μ' ἴσῃ φιλῶσι κρομμύδια τῶσα φέροισ
γεῖμματα, κατ' ἰσπύω ἄσ' ἐρέσει καλῶ. id est,
Litteras tot serie insculptas frontibus hysce,
Cydippen pulchram quot memorare queant.
Id imitatus Maro:

Teneris, inquit, incidere amores.
Ar boribus, crescent ille, crescit amores.
Torquere licebit et in eos, qui falso per assentationem lau-
dantur, aut in mendacissimos principum quorundam titu-
los. Quod genus sunt: Pater patriæ, deliciae orbis, amor
mundi, ferensissimus, inclutus, clementissimus, cum meri sint
Reipub. predones.

Caput scabere, & consimilia. xcvi

Caput scabere, unguis aridus, gestus hominis sunt co-
gruabundi, et de mutando, cuius poenitent, secum agitantis.
Vnde trahitur in usum proverbiale. Horatius libro primo
Satyra decima: Sed ille

Si foret hoc nostrum futo delapsus in æuam,
Detereret sibi multa: recideret omne, quod ultra
Perfectum traberetur, et in uersu faciendo
Sepe caput scaberet, unguis et roderet unguis.
Sepe stilum uertat, iterum que digna legi sint
Scripturus. Id imitatus Persius:

Nec pluteum, inquit, cedit, nec demorsos sapit unguis.
Idem alibi:
Crudum Chærestratum unguem
Arrodens ait hoc.
In superiore textu poetarum in scribendo negligentia. In al-
tero de scribit adolescentem de mutanda antea, ut a ratio-
ne cogitantem.

Caricus hircus. xcvi

Καρκικός ἡρῶν, id est, Caricus hircus. Diogenianus
indica distichum de uulbus et contemptis. Carum populus,
quod passim in bellis mercenarian locarent operam, seu uili
uita, in contemptus proverbium abierunt, unde et Plato κα-
ρκικόμ' ἀνδρῶν ποιοῖ, id est, Caricum hominonem dixit, pro
uili, nihilq; quemadmodum alio dictum est loco:

Bullatæ nugæ. xcvi

Ventosa atq; inania bullata dicuntur. Sumpta metapho-
ra, ἄνα ἔρα πομφολύγγου, de quibus aliis dictum est in
proverbio: Homo bulla. Persius:
Bullatis ut mihi unguis
Pagina tur gescat.

Bullatas nugæ appellans inani per strepitum uocum con-
geriem, in quibus nihil subsit solidioris sententia. Horatius
nugæ canoras uocant in arte poetica:

Bolus ereptus è faucibus. xcix

Bolus è faucibus eripi dicitur, quoties commoditas ali-
qua, que iam propemodum tenebatur, præter expectationem
subito præripitur. Terentius in seipsum ex cruciante: Crui-
tor bolum tantum mihi esse ereptum subito è faucibus. Bol-
lum autem dixit, quod Greci uocant βλαῖον. Metaphora
per se liquet.

Benefit.

καλῶς ἔστω, id est, Bene sit. Ominis uox, cum quis rem
quampiam nouam et arduam auspicaretur, ut in testamen-
tis, præfabantur, τὸ το καλῶς ἔστω, id est, Hoc bene erit.
Sed si quid acciderit humanitus. Item in concionibus: Quod
fuitum felixq; sit. Id futurum est saluus, si per ironiam pro-
feratur de ridicula, nullusq; momenti, perinde quasi maxi-
ma. Quemadmodum Persius de diuite auaro cadum resigna-
turo: Hoc bene sit. Frequens est apud autores: bene uertat,
et male uertat. Vergilius in Bucolicis:
Hos illi, quod nec bene uertat, mittimus hædos.
Et dii bene uertant, quod agas. Scriuus grammaticus exi-
mat hanc figuram mutuo sumptam ab Heclore et Aïde,
quorum utriq; suum munus in perniciem cecit.

CHILIASIS TERTIÆ CEN-
TVRIA SEPTIMA.

Scarabeus aquilam quærit: I

Κατὰ ἀετὸρ' αἰετοῦ, id est, Scarabeus aquilam
querit. Cū imbecillior, atq; impotētor, mali quippiā
molitur, stratūq; insidias inimico longe potentiori. Est
et altera lectio, atq; ea meo quidē iudicio uerior, ὁ καὶ δαί-
τος ἀετὸρ' αἰετοῦ, id est, Scarabeus aquile obstrictatur.
Sensus ferē idē est, siue legas αἰετοῦ, siue αἰετοῦ. Cō
petit enim in humilē et imbecillū, qui uiribus longe præpollē-
ti, maliciois insidijs, et clancularijs dolis pernicite machina-
tur. Aristophanes in Lysistrata, ἰσχυροῦς δ' αἰετοῦ τινεω
τα κένταυρος, σὲ μοι εἰσομαί, id est, Supra modum enim
irascor, aquilam parietem Scarabeus te uestigabo. Super hac
re fertur apologus quidam apud Græcos nō inelctus, quem
Lucianus indica Aesopicum esse, cum ait in Icaromempro
fabulatum fuisse Aesopum, quemadmodum aliquando scarab-
bei et camelī cœlum conscenderint. Porro quod ad fabulam
scarabei et aquile attinet, ad hunc habet modum. Est iam
olim aquilarum generi, cum uniuersa scarabeorum gente,
uetus atque antiqua similitas, ac bellum profusus inter nec-
num, planique quod Græci solent dicere, ἔστω δ' ἄνα
λεμ. Nam odio dissidenti plusquam Vatiniano, adeo ut ne
Iuppiter quidem ipse,
ὄς κέραι ὄδῃ μέρω
Et qui totum nutu tremefactat Olympum
rem inter eos componere ac dissidium finire potuerit, si modo
uer a narrat apologi. Denique nihil magis inter eos comue-
nit, quam hodie quoq; conuenit inter deos istos adicos, et
humilem obscuramq; plebem. Sed erit fortassis, qui Aesopic-
carum fabularum uulsi et ἀνικόμ' admittitur, quid tan-
dem negocij sit cum aquila scarabeo. Que cognatio, que idē
cinitas, que affinitas usq; adeo dissimilibus intercedat, Nam
inter

inter hos qui uinculis eiusmodi copulatur potissimum discordia
 solēt oriri, praesertim inter principes. Ad haec, quae nam tam
 atrocis odij causae, postremo inde tantum animorum scara=
 beo, ut cum aequalum populo bellum suscipere non dubita=
 rit. Rursum, quae contumelia tātopere sacrit offensus aquile
 θυμὸς ἀγώνος, ut hostem tam humilem non contempserit,
 ac suo uel odio iudicaret indignum. Videlicet argumentum in=
 gens, longa est inuria, lōge ambages, ac res omnino maior,
 quā ut humana facundia queat explicari. Quod si musee quae
 grauiate nō sunt oli Homero dicere δοῖτο γὰρ ἄλλοι μὲν ἄλλοι μὲν
 mibi quoq; relicto tantisper Helicone dignetur adesse, rerum
 summam, pro uirili conabor exponere. Quid enim tam arduū
 esse possit, quod illis auspiciibus non audeat homines: Sed quo
 res cognitu fiat illustrior, prius, quā ad ipsum negocij ca=
 put ueniam, ducis uirūsq; mores, formam, indolem, ingenū,
 quāum potero pauca sumus perstringam. Primum igitur illud
 succurrit, admirari, quid Romanis uiris alioqui sapientibus
 uenerit in mentem, qui cum huius ditis Symbolo, sese praeter
 ceteras nationes iactent, ac dijs proximis ducant, cumq;
 huius auspicijs tot uictorias reperarint: tot egerint trium=
 phos, tantum abest, ut benemeritae gratiam referant, ut non
 roleranda etiam afficiant contumelia. Nam auctum unam om=
 nium maxime masculant, ex inuicti roboris, enasculant, eua=
 rantq;, ac propendunt Tiresiam reddunt ipsi non admodū
 mares, siquidem apud Graecos, planē mas est ἄνδρς, idq; ni=
 fallor, longe magis quadrat in eum, cui summus ille pater et
 rex, hominumq; deūq;:

Regnum in aues magas

Permissit, expertus fidelem

Iuppiter in Ganymede flauo.

Tam ei, qui ceteris dijs procul absissentibus, solus irato Io=
 ni, trifidula tela porrigat, nihil etiam proterbio deterritus,
 τὸ δῖος ἰδὸς τε ἰκῶν ἀσπασθῶν. Neq; uero sine graui ratio=
 ne factum arbitror, ut inter tam multas auium nationes, tāq;
 numerosas tribus, aquila potissimum sit uisa idonea, cui non
 solum auium ἀετῶν, uerum etiam senatus populūq; poētis
 suffragijs omnibus monarchiam fecerent. Nam in quan=
 tum ad auium iudicium attinet, in hanc partem pleraq; pro=
 pendebant, ut pauoni rerum summam committerent. Nam
 huius pulchritudini, splendori, sublimitati, fistūq; planē re=
 gio, regnum debere uidebatur. Ac profusum in hanc senten=
 tiam itum fuisset, nisi quedam longo rerum usu callide, cie=
 lusmodi sunt cornices, cornūq; perpendissent, futurum, ut si
 pauonen rebus praefecissent, eueniret, quod complures iam
 annos in monarchis quibusdam nostris uidimus, nimirum ut
 solo nomine strepituq; regem ageret, aquila nihilo factus, uel
 sine populi suffragijs, regnum gereret. Ceterum poetas ui=
 ros sapientissimos illud arbitror perexistisse, non alia magis
 imagine regum mores ac uitam, effingi potuisse. Loquor de
 plerisq; nostrorum temporum principibus. Sed pauca si ui=
 detur, hinc atq; hinc contentiorem admoceamus. Iam prin=
 mum si quid omnis est in uocabulo, ut certe est, apte profectio
 Graecis ἄνδρς dicitur τῶν δεισῶν, quod est propemo=
 dum rapior impetu, et concitus seror. Quedam aues natu=
 ra placide sunt, ac mites, tum quae serae sunt, tamen arte cul=
 tūq; cicurantur, ac mansuescunt. Sola aquila, nec est habilis
 ad illam disciplinam, nec nilo studio potest mansuescere. T an=
 tum impetu natoe praereps fertur, et quicquid ualde libet,
 idem postulat sibi licere. Libet ne praeflare pullum animo uere
 aquilino? Graphice depinxit Horatius:

Qualem ministrum fulminis atitem

Olim iuuentas et patrius uigor
 Nido, laborum propuli inscium,
 Verniq; iam nimis remotis
 Insolitos docere nifus
 Venti patientem, mox in ouilia
 Demisit hostem uiuidis impetus,
 Nunc in reluctantes dracones
 Egit amor dapis atq; pugnae.
 Melius intelligunt hoc enigma regiones expertae quantis ma=
 lis sibi conlusterint huiusmodi indomiti iuuentum principum
 impetus. Philosophorum est moderari affectibus, ac rationis
 ductum in omnibus sequi.
 At nihil est intolerans aere tyranni
 Cui illud semper in promptu.

Sic uolo, sic iubeo, sit pro rationes uoluntas.
 Deinde cum sex, opinor, aequaliarum genera commemorentur,
 tamen illud inter omnes conuenit, quod rostro sunt uehementi=
 ter admoce, nec minus admicis tangibus, ut uel ex ipso corpo=
 ris habitu possis intelligere, carnuior an esse auctum, quietis ac
 pacis inimicam, pugnis, rapinis, ac predationibus natam. Et
 quasi parum sit carnuioras esse, sunt et quae osifrage dicantur,
 et sint. Sed hic protinus tacite mihi dicis optime lector,
 quid haec imago ad regem, cuius propria laus est clementia,
 cumq; plurimum possit, nulli tamen uelle nocere, ac solum acu=
 leo carere, seseq; totum in populi sui commoditatis impende=
 re, adeo ut Niloxenus ille sapiens rogatus, quid esset utilissi=
 mum, responderit rex. Id esse proprium ueri principis indi=
 cans, ut quantum in ipso sit, nemini noceat, profit omnibus,
 sitq; magis optimus quam maximus. Quamquam non alia ra=
 tione potest esse maximus, nisi ut sit quam optimus, hoc est,
 beneficentissimus in omnes. Equidem exemplar laudo non in=
 scite depictum a philosophis, et haud scio an eiusmodi prin=
 cipes adiuuissent rempublicam in uerbo Platonica. Verum in
 amalibus uix uiuon aut alterum reperis, quem auis cum hac
 imagine componere. Porro si quis horum temporum prin=
 cipes expendat, quae quotum nemq; reperiet in quem nō qua=
 drat sed quid in illud conueniat, quod apud Homerum Achil=
 les tanquet in Agamemnonem ἄλλοι μὲν ἄλλοι μὲν ἄλλοι μὲν
 Nam Hesiodus δὲ οὐρανὸν ἀπαλλύσσει, rectius tamen με=
 γάλῳ ἀπαλλύσει, ut in eam Aristoteles euidens ostendit
 dubio uicissim eam etiam auium, quae hic summo praesentium
 commemorat, siue illa populi uoluntate confidit, in ista uo=
 gis appellatio, quae uicissim illis ac tantis principibus uide=
 dre uisus est, et obuiuam resurgenda, ut etiam satis est,
 nisi longam splendoris inuicem me aduiciorum addit econi=
 dunt, ut diu et quoque inuicem, qui in uero inuicem, qui
 nunquam auium uicissim auium, qui in uero inuicem, qui
 gula sunt auium, qui in uero inuicem, qui in uero inuicem,
 in auium, qui in uero inuicem, qui in uero inuicem, qui in uero inuicem,
 diuicem auium, qui in uero inuicem, qui in uero inuicem, qui in uero inuicem,
 licet qui quid sit, qui in uero inuicem, qui in uero inuicem, qui in uero inuicem,
 diuicem auium, qui in uero inuicem, qui in uero inuicem, qui in uero inuicem,
 bella, qui in uero inuicem, qui in uero inuicem, qui in uero inuicem,
 caetera auium, qui in uero inuicem, qui in uero inuicem, qui in uero inuicem,
 formae, qui in uero inuicem, qui in uero inuicem, qui in uero inuicem,
 uoluntate inuicem, qui in uero inuicem, qui in uero inuicem, qui in uero inuicem,
 Age si quis mihi iam physionomos nō omnino malus, uultum
 ipsum et os aquile diligentius contempletur, oculos auidos
 atq; improbos, rictum minacem, genas trulentas, frontem

torum, deniq; illud quod Cyprius Persarum regem tantope-
re delectat in principe γυρωπι, nonne plane regni quode-
dam simulacrum agnoscat, magnificam ac matris plen-
niam? Accedit hoc et color ipse sinefulis, teter et induspicatus,
fusco squadore nigricans. Vnde etiam quod fuscum est ac
subnigrum, aquilam uocamus. Tunc uox inuocanda: terribilis,
exanimatrix, ac minax ille, querulusq; clangor, quem nullum
animantium genus non expauescit. Iam hoc symbolum pro-
tinus agnoscat, qui modo periculum fecerit, aut uideri certe,
quam sint formidanda principum mune, uel loco prolatae. Et
quantopere contremiscant omnia, quoties huiusmodi uox in-
tonat aquilina.

Εἰ δ' ἐκεῖ μὴ δ' ὠσώμι, ἔγω δ' ἐκ κερ' αὐτῆς ἔλωμαι
ἢ περὶ ἢ ἀνατ' ἢ ἰωρ' γέρας, ἢ ὀδυσσ' ἢ
Ἄξω ἔλωμαι, δ' ἐκ κερ' κηχολώσετα, ὄρ κερ' ἴκωμαι.

Aut illa non minus βασιλική.

Μὴ νύ τοι οὐ χρεῖς μωσίου, ὅσοι τοιοῖ εἶσ' ἄρ' ὀδυσσέω.
ἄσσορ' ἰόνθ', ὅτε κέρ τοι ἀπέστρεψ' ἕχρονος ἔφρατο.

Ad hunc inquam aquile stridorem ilico pauit omne uulgus,
contrahit sese senatus, obseruat nobilitas, obsecundat iudices,
silent Theologi, assentantur iureconsulti, cedunt leges, cedunt
instituta: nihil ualet, nec fas, nec pietas, nec aequitas, nec hu-
manitas. Cumq; tam nullae sint aures non inchoquentes, tam
multae canores, tamq; uariae sint uoces ac modulatus, qui
uel saxa possint flectere, plus tamen omnibus ualet insuauis ille
et minime musicus unius aquilae stridor. Quaequam est unum
aquilarum genus, quod impense placuit Aristoteli, fortassis
ob id, quod tale optavit pulchrum suum Alexandrum, haud nul-
to minus praedabundum ac uoxae, ac paulo tamen tum mode-
stius, tum taciturnius, et omnino plusculum habens humani-
tatis, quippe quod pullos etiam suos educet. Nam caetera fa-
ciunt quod impij solent perirentes, qui factus suos exponunt,
cum tigrides etiam catulos tollant suos. Atq; eam ob causam
γυλικιον appellant, quasi germanum ac uere ingenuum di-
cas. Vidit hoc genus Homerus et oculis captus. Nam με-
λαστόρον appellant, ac Δυσφρόντι, id est, nigro tergo, ac ue-
naticem, uidelicet epithetis aptissime quantantibus in prin-
cipum uulgus. At nostrum aliquot, quanto per Iouem γυκ-
ειώτερον, ac propè dixerim plusquam aquilini, qui cum dijs
proximi sunt, ob scripturam ac maiorum imagines, tamen ali-
quoties plebeis etiam homunculis blandiri quoq; possunt, ac
propè dixerim, parastium agere, modo praedae spes sit non
asfernda. Iam et uiuacem esse aquilam, ad autoribus pro-
ditum est. Ea tamen cum ad extremam peruenit senectutem,
nihil adhuc sicut, nisi sanguinem, cuius suctu uiam omnibus
inuisam prorogat, nimirum rostro superiore adeo incresecente,
ut carnes deparci non possit. Atq; hinc ortum est adagium
illud notissimum, αἶμα γυκείων in senes etate uiuosiores, cum
aliquot omne sermè genus hoc auium, quibus aduici sunt un-
gues, aut non bibant omnino, aut certe perquam raro, si qui-
dem Aristoteli credimus. Et tamen haec si quando bibunt, a-
quam bibunt. Sola aquila sanguinem sicut. Ergo rostro inor-
to natura certe non semper nouerca, reliquis animantibus
uiuciq; consubuisse uidetur, et inexplibili uoracitati modum
aliquem imposuisse. Quenammodum et haec ratione prospex-
it, quod non sinat aquilam omni parere, plura tribus, nec
pillos alere plures duobus. Atq; adeo si Musci uersiculo cre-
dimus, quem istem adducit Aristoteles:

Excludit binos, edit dies, educat unum.

Atq; per hos ipsos dies, quibus incubat, incubat autem sermè
piceos, naturae prouidentia cibum illis negauit, inuersis

interim et unguibus, ne uidelicet omnium ferarum fortis uer-
perentia. Itaque per id tempus penne abscent inedia. Atq;
hinc odium in factis proprios. Verum hoc in nostris aquil-
lis optare magis licet, quam cernere, quibus omnino nullus
est compandae plebis, neq; finis, neq; modus. Nam et etate
crescit exigendi sitis, et unquam incumbunt grauius,
quam cum pulvis excludis est. Tunc uero populus alio atque
alio feritur uinere. Super haec omnia, plurimos hostes oppo-
sit uni, de quibus modo dicturi sumus. Atq; hanc naturae solli-
citudinem mirari desinet, cui persuasum sit esse uerum, quod
scripsit Plinius, prodigiosum quidem illud, et haud scio, an
uel Democrito auctore credendum, instabiilis auiditatis argu-
mentum, etiam si ceu compertum et confessum narrat Phe-
tychus, autor cum primis grauis. Nempe aquilarum pennas
quoq; ac paulatim extenuatas consicere. Tanta uis naturae pa-
pacitatis. Equidem arbitror idem euenturam, si tyrannorum
ossa cum plebeiorum ossibus commiscerantur: ne sangui-
nem quidem magis misceri posse, quam Argiui et Flori-
am uide mihi num illud satis quadret in quosdam principes.
Nam de pijs ac bonis non loquor. Aquilarum unicum par,
magno ad populandum tractu indiget, nec alter in propin-
quo praedonem esse patiuntur, itaq; spatia determinant.
Porro nostris aquillis, quae non angusta ditio? Quantum in
immensum usq; propagandi regni studium? Quanta cum fe-
nitimis aquillis, aut nullius de regni, hoc est, de praedandi ter-
minis digladiatio? Verum illud fortasse non perinde cogitum,
quod auis haec tantopere rapax, non tamen praedator in pro-
ximo, uidelicet ne uices iniuriarum, in ipsius aliquid caput
retor queantur, sed e longinquo magis praedas in nidum con-
uehit: cum interim tyranni nec ab intimis temperent, nec à maxi-
me cognatis ac domesticis rapaces abstineat unguis: imò hoc
quisq; magis fit obnoxius periculo, quo principi eius loci ac
fulmini propior. Atq; insitant hæc et à paratibus ingenitum
rapidi famè, non nihil auget et educatio. Quadoquidè auid
lam ferunt pullos uix dum satis uolucres, ad praedandū è nidis
extrudere, quo statim et à teneris ui auium, unguibus colpe-
scat, raptu suisq; ipsorum unguibus uiuere. At in plerisq; prin-
cipibus, deū immortalium, quā multi accedunt ad rapacitatem
stimuli, præ corruptissimā educationē, tantum assentato-
rum examen, tot officiales perditū, tot corrupti consultores,
tot stultissimi familiares, tot nequissimi congerrones, qui pu-
blicis incommotis uel gratis delectantur. Adde his fastium, uolu-
ptates, luxum, delicias, quibus mille rapine satis esse possunt.
Adde stultitiam et imperitiam, quae nihil intrastabilius, si cū
felicitate conpulerit. His itaq; rebus, cum uel benignissima cor-
rupti queant ingenia, quibus esse futuri. si hæc ad euidam
et improbam naturā, uelut oleum ad caninum accesserint?
Sed parū βασιλικός erat instruita aquila, si tantū aduico
rostro, si tantū aduici unguibus ad praedandū esset armata,
nisi additi fuissent oculi plusquam in lyncei, et nec ad clarissimū
solum conuenientes, quo quidem experimento factus suos an le-
gitimi sint, explorare dicuntur. Itaq; praedam quamuis è lon-
ginq; speculantur, quā desinēt inuicere. Quamquam autem
regi bini duntaxat sunt oculi, rostrum unicum, ungues pauci-
corcyer item unicus. Ad nostris aquillis papa, quam multæ sunt
Corcyeorum aures, quod exploratorum oculi, quod officia-
lium ungues, quod praefectorum rostra, quod iudicium et ad-
uocatorum uentres, sime prorsus inexplabili, ut neq; satis esse
quicquam, nec tutum ab his esse possit, ne ea quidem, quae in
tūm penetratibus, aut aduicissimè acuti ferinjs sint abstrusa.

Verumtamen

verumtamen esset eadem fortassis aliquanto minus noxia, nisi ad arma dotesq; corporis astus accederet ingenij, hoc est, nisi nocens per se ferrum, veneno tingeret. Vngues suos quoties ingreditur, contrahit, ne uideat aciem detrahi minusq; ualeant in prædando, id quod habet cū leonibus commune. Neq; quemuis impetit, sed eū dantaxat quo se credat uiribus esse superiorem. Neq; se repente præcipitem in terrâ, mo re cæterâ cū præda appetit, sed sensim demittit, ne impetu illusa offendatur. Ne lepore quidē, nam hunc maxime petit, aggreditur, nisi uiderit in plana descēdisse. Neq; quouis grassatur tēpore, ne quis opprimat fatigatâ. Sed à prædâ ad meridianum ad prædandū prowolat, reliquis hortis ociosa sedet, donec hominū cōuentu forâ cōpleantur. Tū quod occiderit non inibi statim deuorat, ne quis subitus hostiū incursus, incautam deprehēdat in prædâ. Sed exploratis prius ac subinde relictis uiribus, prædâ in nidū, uelut in castra deiebit. Nam quibus artibus ceruicū se præstantiorē capiat, mox dicitur. Illud in primis memorandū ingenij documentū, testudinem raptam, ut ad eam modū rupta testa carne uesci possit. Quamquam in Aeschylorum parum aquilinis fuit oculis, cū in huius albicantem caluaria, saxum efferat, demissam testudinē, miserum occideret, ut uel ob hanc unam causam optimo iure poetis omnibus conueniat inuisum esse. Atq; id quidē nunc asidue ueluti suo iure facit. Cæterum primū testudinē dolis ad id pellexit, dam per suadet illi futurū, uti sua opera, uolādī artem perdisseret. Atq; hac spe sublatam in alrum, deiecit in saxum, ut illius calamitatē tyrānīco more uertret in suas delicias. Atq; si quis secū perpenderit, quā uarijs artibus, quot technis, quot machinis, quot præsiugijs, improbi principes instructi sint ad expilandā plebē, que suosos legibus, multis, fucatis titulis, simulatis bellis, delationibus, affumitibus, indignantem propemodum fitebitur aquilā, cui regni nomen tribuatur. Superest, ut cum quibus potissimū hostibus hūc generoso prædâni, res sit, paucis et ponamus. Nam uerū est illud, quod prouerbij dicitur, aquilam non captare muscas, nec aspicere Thripas. Negligijs, si qua prædâ uideatur regijs uiribus indigna, nisi si que sint cognate Vespassiano, ea uisus est lucri bonus odor ex re qualibet. Sunt enī et degeneres aquilæ, que piscatu uiuant, et quas non pudeat caduere alienum tollere. Sed que generosiores sunt, ueluti tyranni, quædā piratis ac latronibus concedunt, à quibus, ut nobilis ille dixit pirata, nihil differunt, nisi quod ipsi maiore classe, maioreq; manu, magnam orbis partem suis diuexant latrocinij, minutulas illas prædas accipitribus ac nisis relinquētes cum quadrupedibus belligerantur, nec id sanē sine periculo, nec rursum citra uictorie spē sicuti strenuo dūce dignū est. Atq; in his lepore potissimū, ut dixi, uentat aquilæ, unde et leporis cognomen additum uni generi, perinde quasi dūcem Britannicū, aut Germanicū appelles. Neq; conuenit imbellē hostē, sed esculentū, ut etiā si parū gloriæ ueniat ex uictoria, nō parū tamen auferatur emolumentū. At sit aliquoties ut cū maxime lepore capiat, tū maxime capiatur, ista p̄nato iaculo, dicatq; prouerbū, qd̄ illi ferinus acceptū, τοῖς ἰδιῶς ἡπιστοῖς ἑπαινοδύνακω. Audeat et cum ceruo consistere. Inferior tamen futurus, nisi uulpinam adderet pellem: Nam astu supplet, quod uiribus est diminutum. Commissoriam cum hoste, prius in puluere uoluit sefe. Deinde cornibus infidens ceruicis, puluerem premis collectum, in oculos spargit, alis ora uerberans, donec exocidatam in rupes det præcipitem. Sed est eadem acrior, multoq; magis atreps cum dracone pugna etiam in aère.

Draco maleficis artibus oua consecratur aquilæ. Illa uicistim hostem ubiqueq; usum rapit. Nam quod illi cum uulpe simulat est irconciliabilis, nemo mirabitur, quisquis cognorit, quā om̄i regaliter illam acceperit. Inierat cum uictā necessitudinem, cinque incubanti pastus dextet, proxima catulos in nidum sustudit: Reuersa ualipes cum spectaret indignam suorum lanationē, quod unum poterat, testata deos est, atque inter hos præcipue Iouem. Quisq; amicitia uolante iudicem. Et aduissē uictor ipsa uota deus aliquis. Pauculis post diebus euenit, ut aquilæ priuam carnibus est sacrificio raptis herentem, in nidum deuexerit imprudens. Igitur absente aquilæ, igni paulatim uentis excitato, nidus conflagrare cepit. Pulli territi, præcipites se dedere, nimirum adhuc inuolucres. Vulpes delapsos excipit, et in cauum delat deuorat. Ac post id quidē tēporis, nihil omnino conuenit, inter aquilam et uulpem, quantum id quidem non mediocri uulpine gentis malo. Quo tamen haud scio an digne uideri debeant, que quondam leporibus σὺμμοχλῆν aduersus aquilam petentibus auxilium negarunt, ut referunt in animalibus quadrupedum, ex quibus Homerus πορτρύχο μολοχίκαυ est mutatus. Iam uero acre disidium est, et cum uulture, uelut homotechno, et edacitatis emulo, tametsi hoc quidem nōmine, ut crudelior, ita et generosior aquilæ, quod non deuorat animal, nisi quod occiderit, nec per ignauiam alienis insidat cadaueribus. Nam sit tantum iure habet exosam, que miris artibus aquilæ oua frangere studet. Pugnat et cum ardeolis, quod hec avis inguibus freta, non uereatur eam aliquoties adori, adeo dīmicans acri, ut in conflictu emoriatur. Neq; uero iam nimirum, quod illi parum cōuenit cum oloribus, ac nimirum poetica: illud morum, ab ijs sepenumero uinci tam pugnacem beluam. Nec admodum gratum esse consueit poeticum genus male sibi consijs monarchis, ut pote liberū et loquax, quodque non nunquam cum Philoxeno in lapidicinis reduci malit, quāmsi silere. Nam si quid dolet, id chartis illinunt atris, et regum mysteria ad ipsi etiam posteros euulgant. Nec cum gratus satis conuenit, opinor, ob id, quod illis impendio placeat Democriti, uehemētē inuisā monarchis, à quibus tamē ingenio superatur. Etenim cum gryes est Cilicia demigrares montem Taurum aquilis plenum perant transfutere, ingentibus lepidibus, quo uocem cohibeant in os sumptis, noctu tacite transuolant, atq; ita deceptis aquilis tuto trajiciunt. Sed peculiaris quædam cum Trochilo, nam id est aui nomen, simulas intercedit, nō ob aliud, ut autumat magnus ille decambulator, nisi quod hūc quoq; regis ac βασιλοφός nomen tribuitur. Idq; potissimum apud Latinos. Prouide ceu regij esse elatorem extitero persequatur odio. Quamquam non is hostis est, cuius uires metuat aquilæ. Nam Trochilus imbecillis est ac fugax, solertia tamen et ingenio præditus, fruticetis et cauis adit sese ut quamuis à potentiore facile capi nō possit. Quin olim cum certamen uolandi cum aquilâ fuisse pisset, uicti astu magis quā uiribus. Deniq; cum Cybindo bellum gerit inter necinum, adeo, ut sepenumero coherentes prædantur. Est autem Cybindus nocturnus accipiter. Nec tyrannus est ullum hominum genus magis inuisum, quā horum quā à uulgi sententia longe lateq; dissentientes, nimirum acute certant per tenebras. Sed an non egregie stultus sim si omnes eius hostes percensere pergam, que cum nullo non gerat bellum? Atque in reliquis animalium ordinibus alijs cum alijs partim bellū est, partim amicitia. Multos habet inimicos uulpes,